B. M. II, 297.
h. 57, 18.
(X 18773371)
II k 262

JESU BENEVOLO REGENTE!

DISCURSUM HUNC INAUGURALEM
ad

# PRIORES QUATUOR DIGESTORUM LIBROS,

Continentem

# TRECENTAS DOCTORUM CONTROVERSIAS,

AUTORITATE
*Magnifici ac Nobiliſſimi JC.*
*Collegii, in Almâ Salanâ,*
*PRÆSIDE*
VIRO
*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO atq; EXCELLENTISSIMO,*

DN. GEORG ADAM STRUVEN,

JCto Eminentiſſimo, Prof. Publ. Facultatis Juridicæ Seniore, Conſiliario Saxonico, Curiæ Provincialis & Scabinatus Adſeſſore,

*Dno. Patrono ac Præceptore æviternùm devenerando.*

Pro
*LICENTIA*
Summos in jure utroque honores, & inſignia Nobilis Docturæ gradus ritè conſequendi,
*PUBLICO EXAMINI SUBJICIO*

JOHANNES BAPTISTA RITTERUS.
Hallenſis.

*ad diem 11. Auguſti.*
In Auditorio JC. Horis ante & pomeridianis.

JENÆ, Literis KREBSIANIS
*Anno 1659.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0001-3

NOMINI AUGUSTISSIMO,

*REVERENDISSIMI, SERENISSIMI, CELSISSIMIQVE PRINCIPIS AC DOMINI,*

# DN. AUGUSTI,

Poſtulati Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratoris, Primatis Germaniæ, Ducis Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Superioris ac Inferioris Luſatiæ, Comitis de Marcâ & Ravensburg, Dynaſtæ in Ravenſtein, &c.

## Domini mei Clementiſsimi,

*DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM*

*Humillimâ devotione ſacram offero, ac dedico,*

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

AUTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0002-9

*Jesu Benevolo Regente!*

## *Johannis Baptistæ Ritteri*

# SYNOPSIS CONTROVERSIARUM IN PRIORIBUS Quatuor Digeſtorum Libris.

§. 1.

TOtum Syſtema Digeſtorum, quamvis diſſentiant alii, conſtat Tractatu Generali & ſpeciali *Coraſ. Hopp. Habn.* Ille agit de fine tùm externo ſive remoto, tum interno ſive propinquo. Remotus eſt Juſtitia. Ea ambiguè dicitur, *1.* accipitur pro Deâ, quâdam Jovis filiâ, Aſtræam vocant. *2.* latè ut divinam includat. *3.* Pro Juſtitiâ Humanâ. Dividitur hâc ſignificatione in univerſalem (*quæ eſt habitus legibus obtemperandi Ariſt. 5. Eth. c. 2.*) & particularem. *Dom. à Soto de juſt. & jure lib. 3. q. 2. a. 5.* illius definitio habetur *in l. 10. §. 1. D. hic. pr. Inſt. eod. contra 1. Hotom. 2. Accurſ. ibid. 3. Habnium ad Weſenb. ht. n. 10. Treutler. Tom. 1. diſp. 1. th. 1. lit. 1.* Eſt enim finis Juriſprudentiæ noſtræ §. *3. Inſt. ht. l. 15. de cond. Inſt.* ſicque verba *d. def. ſuum cuiq; tribuendi*, latiùs accipienda, tum ratione ſubjecti, tùm objecti, *conf. Frantzk. Comm. ad D. ht. n. 36. Ebem. tr. de princip.*

*Lib. 1. Dig. Tit. Juſtitia & Jure*

*jur.* ut per indirectum & moraliter etiam quandam mentis ἀταξίαν requirant, ita accipe textum *in l. 18. de pœnis.* Particularis Juſtitia rectè dividitur in diſtributivam & commutativam. *Ariſt. 5. Eth. c. 2. contra Buridanum, aliosq́;.* Differunt ratione formæ & objecti, illius objectum ſunt res communes, præmia & onera, ſecundum proportionem Geometricam diſtribuenda: Hujus, Res ſingulæ, ſecundum proportionem Arithmeticam commutandæ, Συναλλάγματα ſive contractus, voculâ latiſſimè acceptâ *Ariſt. 5. Eth. c. 2.* Eò pertinent quoque Salaria, non obſtantib. *l. 4. §. 2. de decr. ab ord. fac. l. 4. de Extraord. cognit.* & pænæ *l. 20. de judic. l. 52. de re judic. Ariſt. 5. Eth. c. 2. contra 1. Ameſium de juſt. & jure tit. 5. c. 2. 2. Molinam de juſt. & jure Tom. 1. Tr. 1. diſp. 12. 3. Bachovium ad Weſenb. ht. n. 11. 4. Carolum Franciſc. d' Abra de Raconis. ſect. 3. Eth. art. poſt. m. 2. Weſenb. ht. n. 11. & JCtos communiores, quos juvant minimè l. 9. in f. l. 10. de pœnis. reſponſio eſt in l. 16. §. 1. & ſeqq. eod.* Finis Internus ſive propinquus eſt Jus ſive Jurisprudentia, hactenus enim hæ voculæ identificantur rubr. & l. 10. ht. contra diſs. nonnullos. Conſideratur Generaliter, *ht. 1.* ſpecialiter tribus ſeqq. Definitio varia habetur in *l. 1. l. 10. ht. & §. 1. Inſt. eod.* optima *arg. d. l. 1.* videtur hæc, Jurisprudentia eſt Prudentia, (*quæ à Nomotheticâ & Politicâ in ſpecie participat, contra 1. Sutholt. diſſ. 1. aph. 4. 2. Riemer. dec. 1. quæſt. jurid. 1.*) Leges generaliter poſitas, *l. 3. l. 4. & ſeqq. de Legibus* ad actus Humanos in particulari applicandi; *arg. l. 8. l. 11. C. de jud. l. 1. pr. ht.* Spectat hîc quoque æquitas de quâ *vid. Ariſt. 5. Eth. c. 10.* & abſurdè definientes *Salic. ad l. 1. C. de Legib. Speculat. ad tit. de Leg.*

*v. æqui-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0004-0

*v. æquitas. Coraſ. Miſcell. jus. C. 10. lib. 2. c. 13. Wurmſ. Nucl. jur. controv. lib. 1. tit. 1. controv. 7. num. 15.* Referenda ad jus Naturæ. *Hahn. ad Weſ. ht. n. f.* dividi nequit, *contra Wurmſ. Nucl. jur. Controv. d. l.* & regularitis præfertur rigori juris, *contra eundem Wurmſ. variè diſtingv.* Dividitur Jus 1. ratione objecti in Publicum & Privatum. §. *ult. Inſt. ht. l. 1. §. 3. eod.* illud etiam ex præceptis juris N. & Gentium collectum eſt, *contra 1. Weſenb. ht. n. 14. 2. Timæum Fabrum diſp. anniv. ad Inſt. 1. §. 11.* 2. ratione cauſæ Efficientis in Naturale Gentium & Civile. illud (*Naturale*) materialiter etiam brutis competit, quoad Inſtinctus Naturales, non formaliter per accidens, ſicque impropriè, *juxta l. 1. §. 3. hic & pr. Inſt. de jure N. g. & C. Diſſ. Lopez. lib. Sing. animadv. c. 2.* propriè definitur apud *Gregorium de Valentia. tr. 2. diſp. 7. q. 4. p. 1.* Jus G. eſt quod ſucceſſiro Gentium uſu, ob communes circumſtantias neceſſitatis & malitiæ humanæ conſtitutum eſt, §. *2. Inſt. ht. §. 1. eod. ubi Naturalis ratio in hypotheſi intelligenda, ne ſtatuamus cum Sutholt. diſſ. 1. aph. 56. & ſeqq. Bachov. ad Treutl. Tom. 1. diſp. 1. th. 4. lit. d. Vinnio ad d. §. 1. n. 4. dividi poſſe Jus G. in Primævum & ſecundarium. N. O. l. 1. de acq. rer. Dom.* Ex Hypotheſi neceſſitatis humanæ fluxere 1. Dominiorum diſtinctio *N. O. §. 1. de obl. quæ ex delict. naſc. l. 1. §. 4. de furt.* 2. Commercia & contractus, *excipe ſtipulationem, contractum literarium & ſponſalitiam largitatem. l. 5. in f. ht. non item Emphyſin. N. O. l. 1. C. de jure Emph. pulchrè Harpp. ad §. 3. de Loc. Cond. n. 17. & ſeqq.* 3. Civitates & Reſpublicæ. 4. Magiſtratus. 5. Judicia & Actiones *l. 1. §. ult. de Cont. empt. l. 1. Loc. l. 26. rer. amot. l. 22. §. 5. mand. N. O. l. 2. §. 5. de orig. jur.* 6 Legationes. *tot. tit. de Legat.* Malitiæ verò, Bella, captivita-

tes, ſervitutes *l. 5. ht.* Jus Civile eſt, quod quęlibet ſibi civitas conſtituit, *§. 1. ht.* rationem ejus introducendi. *vid. apud Frantzk. hic: n. it9.* 3. Ratione Formæ in expreſsè promulgatum & conſvetudinarium, dicitur aliàs ab accidente ſcriptum & non ſcriptum, *vid. §. 3. infr.* 4. ratione effectûs in Mutabile, *Gentinm, contra Bocerum ad §. pen. Inſt. ht. & Civile*, & immutabile, *Naturale, d. §.* adde tn. 6. diſtinctiones *apud Habnium ht. n. 14. Conf. Zaſius eod. n. 51.* & nota, DEum in jure Naturæ diſpenſare non poſſe, nec diſpenſaſſe *Becanus Theol. Scholaſt. c. 3. q. 4. p. 217. contra Scholaſticos & JC. paſſim.*

*Tit. 2. Origine juris &c.* §. 2. Specialiter de fine interno Jure ſive Jurisprudentiâ, agitur 1. quoad originem, quò pertinet quoq; ſucceſſio Magiſtratuum & Prudentum, *de quibus vide ſatis clarè Pompon. JCtum l. 2. per tot. hic. Diſtinctius paulò Gothofr. de Hiſtor. jur. c. 1. & ſeqq.*

*Tit. 3. Legibus JCtis & Longâ Conſuetudine.* §. 3. 2. Species Nonnullas. *vid. plenè ad §. 1. & ſeqq. Inſt. de jure N. G. & Civ.* Hîc agitur de Legibus. Quod vocabulum, quamvis variè accipiatur *l. 1. l. 2. l. 7. l. 31. §. 1. l. 33. l. 37. ht.* hoc tn. loco ſtrictiùs exaudiendum in oppoſitione ad reliquas ſpecies juris ſcripti. *arg. rubr. Diſſ. Bachov. ad Weſenb. n. 2. explicationem vid. ad d. §. 4.* Cæterum in conceptu univerſali conſiderata Lex eſt Norma ſive Regula juſta, quæ nos dirigit & obligat in actibus noſtris moralibus *Dd. Scholaſt. paſſ.* dividitur aliter *à Grotio lib. 2. de jure belli & pac. c. 1. aliter à Thoma de Aquino. 2. ſecunda q. 51. n. 2. & 3. aliter ab Ariſt. 5. Eth. c. 6.* Nobis Lex alia eſt Æterna, alia participata, Hæc alia Naturalis, quò & divinam refero, alia Humana, Hæc vel Gentium, vel civilis, Hæc quæ à Majeſtate proficiſcitur vel eſt univerſalis, vel Localis,

vel

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0006-1

vel Generalis vel Specialis. *Weſ. hic n. 3.* Cauſa Legum Civilium Efficiens eſt Majeſtas, quæ vel immediatè, vel mediatè per alios agit, *infinitos errores in Weſenb. hic n. 3. corrige Bachovio & Habnio ad eund. præeuntibus.* Diſquiritur vero *1. An.* Civitates Municipales ſtatuta condere poſſint? Aff. ſi non ſint contra jus commune, aliàs enim conſenſu ſuperioris opus. *Bartol. ad l. 9. de juſt. & jure Diß. 1. Sebaſt. Medic. tr. de ſtatut. p. 1. q. 21. & 24. 2. Schneidevv. ad §. 6. Inſt. de jure N. quæ & C. 2. An* Civitates & ſtatûs Imp. Noſtri Leges ferre poſſint? *Aff.* modo non ſint de reſervatis principi, aut de illis, quibus per clauſulam Caſſatoriam derogatum eſt. *R. i.* zu Cölln *de anno 1512. in f. pr. R. i.* zu Nürnberg *de anno 1522. in fin. pr. Stamm. de ſerv. Perſ. lib. 3. c. 8. 3 An* Collegia licita Jus ſtatuta ſanciendi habeant? *Aff.* ut antea de Civitatibus Municipalibus, niſi quòd priori etiam caſu ſecundum Praxin confirmari velint à ſuperiore. *Limit. 3. vid. apud Schneidevv. d. l.* 4. An Judex Legem in Judicio faciat? *N. l. 1. l. 8. l. f. C. d. Legib.* Materia, ſunt facienda & non facienda, indirectè perſonæ, Res & Actiones §. *ult. Inſt. ht.* quatenus Generales præſupponis ſunt regulariter futura, & quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt *l. 3. l. 6. l. 8. ht. l. 7. C. eod.* Forma ut de re honeſtâ, *Diß. Habn. ht. n. 5.* vel promulgatione expreſsâ, vel moribus ſint introductæ §. *4.* §. *9. ht.* non vero ſcriptura eſt de eſſentia Legis *arg.* §. *10. eod. inſcript. Jur. Feud. N. O. l. 8. C. de Legib. l. 2. C. de ſent. ex brev. recit. Diß. Weſenb. ht n. 5.* Effectus, quod obligent ſubditos *l. 9. C. ht. hic. l. 7. D. de jur. Patron.* Dico 1. quod obligent, etiam in conſcientiâ, *contra Almayn. de poteſt. Eccleſ. q. 1. c. 10. Navarrum in Man. Sacr. Moral. c. 23. n. 55.* Dico 2. Subdi-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0007-6

tos, ſed *An* Principes? *Aff.* quoad Leges Nat. Div. Gent. & Civiles fundamentales, tacitas & expreſſas, adminiſtratorias mixtas, non item merè Civiles. *Frantzk. Exerc. 1. q. 8. contra 1. Weſenb. ht. n. 7. 2. Fachin. 1. Controv. 2. Hahn. ad Weſ. d. l. 3. Budæum in annot. ad Pandect. ex 3. Ariſt. Polit. Zaſium ad l. 31. ht. 4. contra Græcos interpretes 5. Cajacium. lib. 5. Obſerv. 30. 6. Coraſium 2. Miſc. jur. 15. Vasq. lib. 1. controv. 26. 7. Bocer. tr. de inveſt. c. 3. n. 86.* An Clericos? *Aff. vid. Hunnius de Auth. jur. Civil. lib. 2. c. 1. q. 7. N. O. c. 10. X. de conſtit. c. 4. de immun. c. 6. c. 15. q. 1. Nov. 83. Nov. 123. An* vero quod contra Legem fit, ſit ipſo jure nullum. *vid. Vinn. lib. 1. Select. jur. quæſt. c. 1.* Contraria ſunt Irritatio Abrogatio, Derogatio & Diſpenſatio. *Becanus Theolog. Scholaſt. c. 3. q. 4. Richardus 3. ſent. diſt. 37. a. 1. q. 5.* Interpretatio eſt vel Authentica, vel uſualis, vel Doctrinalis; Hæc vel Extenſiva vel Reſtrictivà vel Declarativa, Extenſiva iterum vel Activa vel Paſſiva. *eleganter Frantzkius ht. n. 16. & multis ſeqq.* 2. De SCtis, Hæc interpretor ne fidei Hiſtoriarum detrahatur, in ſtatu tantum Monarchico Imperatorum, quæ ab ipſis Impp. ferebantur authoritate Senatus ad ſpeciem, ſive miniſterialiter demum interveniente. *§. 5. Inſt. ht. l. 9. hîc. l. 2. §. 9. de orig. jur. Diſſ. Frantzk. ibid. n. 28. & ſeq.* 3. De Conſvetudine. Requiſita ejus ſunt 1. Tacitus conſenſus utentium, ita, ut ad introducendam conſvetudinem à populo, qui ſuperiorem recognoſcit, ſufficiat ipſum non contradicere, *per c. 1. X. de conſtit. in 6. c. f. X. ht. N. O. c. 15. c. 3. X. de præbend.* etiamſi à muliere, minore &c. primus conſvetudinis actus fuerit exercitus. *Weſenb. ht. n f.* 2. Rationabilitas, quæ hîc ſaltem in theſi intelligitur. *Frantzk. ht. n.*

*94. unde*

94 *unde* & quilibet rectæ rationis compos de ea judicium ferre poteſt, ſecus ac in hypotheſi quatenus v. c. ut revocanda, aut Legem abrogatura ſcriptam, conſideratur. *Frantzk. d. l. An verò* mala conſvetudo excuſet à pœna. *vid. Bachov. ad Treutl. Tom. 1. diſp. 1. th. 9. it. h. 3.* Frequentia Actuum, ſcil. voluntariorum & publicorum, unde involuntarios & clandeſtinos excludo *N. O. l. 39. ht. l. 3. de ſup. Leg.* Actûs verò quot requirantur, cum nullibi definitum ſit, arbitrio judicis relinquo, *contra Gloß. Bartol. n. 10. l. 33. ht. Mynſ. ad §. 9. Inſt. ht. Vultej. n. 8. ibid. Geil. 2. Obſ. 31. N. O. l. 3. C. de Epiſc. Aud.* quin & extrajudiciales ſufficere arbitror. *N. O. l. 34. ht. l. 1. C. quæ ſit longa conſvet.* 4. Diuturnitas temporis ubi, quicquid dicant alii, itidem ſtandum arbitrio judicis *arg. l. 1. D. de jure Delib. N. O. c. f. X. ht. l. 2. C. quæ ſit longa conſvet. l. 1. §. pen. l. 2. §. 7. de aquâ & aqua pluviâ arc.* ſecus eſt de jure Saxonico *Schneidevv. §. 9. ht.* De eo porro controvertitur *1. Num* atteſtatione judicis conſvetudo probari poſſit? *N. Natta conſil. 254. Carpzov. deciſ. illuſtr. 3. n. 22. 2. An* probanda ſit præciſè per turbam? N. *Maſcard. de probat. Vol. 1. c. 431. 3. An* Doctoris juris de conſvetudine atteſtatio probationem faciat? R. quod faciat præſumptivam *Maſc. d. l. Mynſ. 5. obſ. 96. 4. An* Conſvetudo Legem tollere poſſit? *Affirm. l. 32. ht.* modo ſit rationabilis *l. 2. C. quæ ſit longa conſvet.* in quo ſequimur *Boerium* 1. *contra Connanum* 1. *Comm.* 10. *n. 9. Ant. Fabr. ad d. l. 32. 2. Bart. & Gloß. in d. l. 3. Treutler. Tom. 1. diſp. 1. th. 9. lit. g. 4. Harpp. ad §. 9. ht. 5. Bachov. ad Tr. d. l. Duar. ad l. 9. ht. 6. Lopez. 1. Animadv. 5. n. 8.*

§. 4. Quartò agitur de Conſtitutionibus Principum *ht. 4.* Fundamentum illarum eſt Lex Regia *l. 1. pr.* *Tit. 4. Conſtitutionibus principū.*

*l.* 1. *pr. ht.* §. 6. *Inſt. de J. N. G. & Civ.* qua poteſtas poteſtas populi in Principem abdicativè & privativè, non vero cumulativè translata fuit *dd. text. ibi ci& in eum. contra Gudel. in de jure Noviß. lib. 5. c. 2. Limnæum de jure publico Tom.* 1. *c.* 1. *n.* 78. Definitio ſatis clarè habetur *cc. textib.* Diviſio eſt, quod aliæ ſint generales, aliæ ſpeciales *d. l.* 1. *pr. &* §. 1. *ht.* §. 6. *Inſt. de jure N. G. & C. l.* 2. *l.* 3 *C de Legib.* illæ quæ ad omnes pertinent, ſunt vel definitæ, vel indefinitæ; Definitæ ſunt vel decretum, vel Reſcriptum, vel Mandatum. Reſcriptorum materiam quod concernit, de ea vide *in l.* 7. *C. de div. reſc. l.* 4. *eod. l.* 3. *l. ult. de precibus Imp. off. l.* 3. *l.* 6. *C. h. t.* in ſpecie reſcriptum eſt vel annotatio ſive ſubnotatio, vel Epiſtola, vel Pragmatica Sanctio. *l.* 1. §. 1. *ht. l. ult.* §. 1. *C. de div. reſc.* Indefinita conſtitutio eſt Edictum *l.* 3. *c. de Leg.* Exempla reperiuntur *poſt Nov. item in l.* 8. *de Quæſt. l.* 13. *de jure fiſci.* Hic verò quæritur 1. *an.* Inter-Locutio Principis habeat vim Legis? *Aff.* ſi hoc inter loquatur animo, *l.* 1. §. 1. *hic l.* 3. *C. de Legib. contra* 1. *Accurſ.* 2. *Bartol. in d. l.* 1. *n.* 1. 2. *An* reſcripta ad lites ſint perpetua. *Aff. l.* 2. *C. de div. reſc.* exceptio eſt *in c.* 23. *X. eod.* 3. *An* reſcriptum ſocio proſit? *Aff.* ſi Conſocius ejus in libello fecerit mentionem *l.* 1. *C. de div. reſcript. l.* 2. *C. ſi unus ex plurib.* Conſtitutio ſpecialis eſt, ſi quid ſpecialiter à Principe conſtitutum ſit *l.* 1. *pr. ht.* vel pænalis eſt, vel privilegium *d. l.* 1. *pr. &* §. 1. Hoc 1. vel. vel Reale vel Perſonale, vel mixtum *l.* 196. *de reg. jur. contra Dd. comm.* in his attentendum ad tria, modum perſonæ cui conceduntur, rationem moventem, & verba *Suarez. lib.* 8. *de leg. c.* 3. *n.* 4. ad mixta vero refero etiam pririlegium Nobilitatis, *contra Treutlerum Tom.* 1. *Diſp.* 1. *th.* 6. *lit. g.* 2. vel gratioſum vel Remuneratio-

nerativum. *c. 6. X. de præſumpt.* 3 vel Purum vel Conventionale. Hoc, ut & Remunerativum illud, à Principe pro lubitu revocari nequit, *contra Cravettam conſ. 980. n. 1. Dec. vol. 1. conſ. 8. n. 225.* 4. vel temporale vel perpetuum, *c. 4. c. 19. q. 3. c. 7. de reg. jur. in 6.* 5. vel Affirmativum vel Negativum, *Sichard. in C. l. 4. de teſt. mil. n. 6. & ſeqq.* 6. Scriptum & non ſcriptum, *c. 9. X. de offic. jud. ord.* 7. vel Abſolutum vel Referens, *de quo vid. Tractat. Mandoſii.* Coronidis Loco diſceptant hîc Dd. 1. *An* Princeps Anteceſſoris ſui acta probare teneatur? *Aff.* ſi ſuccedat jure hæreditario *arg. l. 14. C. de R. Vind.* ſecus eſt, ſi proprio, *except. vide apud. Hahnium ht. num. ult.* 2. *An* Contractus Principis ſit Lex? N. *N. O. l. pen. C. de don. inter vir. & uxor.* 3. *An* Princeps ex contractu Jure Naturæ inſtar privati obligetur? *Aff. vid. ſup.* §. 3. *laud. Frantzkium Exerc. 1. q. 8. Diſs. Hahn. d. l.* 4. An Princeps ex plenitudine poteſtatis alteri jus quæſitum auferre poſſit? *Neg.* excepto caſu neceſſitatis *l. 9. l. 14. C. de oper. publ.* ubi tamen admittenda compenſatio *arg. l. 2. §. 17. ne quid in loco publico. Prückmann. de regal. §. ſol. poteſtas c. 4. eff. 5. n. 4. contra Treutler. d. l. th. 5. lit. h.*

§. 5. Tractatus Specialis Digeſtorum agit de tribus objectis Juris, Perſonis, Rebus & Actionibus. Hæc enim tradit Imperator *l. 1. ht. § f. Inſt. de Jure N. G. & C.* particularia ſc. & inadæquata, *Diſs. 1. Bald. ad d. §. ult. 2. Azo. Proœm. Inſt. 3. Ehemius de princ. jur. lib. 1. 4. Pacius de method. jur. lib. 1. 5. Hahn. ad ht. n. 1.* De perſonis agitur loco priori ex Jure Gentium & Civili; Ex Jure G. *ht. ubi vocula ſtatus in rubr. latiùs accipienda, ut & ſervis competat. Diſs. Hahn. d. l.* Alii perſonas & ex jure Naturæ dividendas arbitrantur *Weſ. ht. n. 3.* *Tit. 5. De ſtatu Hominum.*

 Sed

ſed reſpectus ille verè à jure abhorret, facit tamen DD. controverſos, dum diſquirunt; *1. An* Mulieres JCtis ſint homines? Ego cum Bachovio negantes beſtias non ineptè dixerim, *N. O. l. 38. §. 5. de pœnis* *2. An* utriusque maris & fæminæ jure Naturæ eadem ſit conditio? *N. arg. c. 15. c. 33. q. 5. N. O. l. 4. C. de lib. præt.* *3. An* Mulieres in pœnalibus prærogativâ gaudeant? *N. per l. 1. de V. S. l. 7. de jurisd. l. 8. l. 10. ad. L. Jul. de adult. N. O. l. 38. §. 1. & 2. eod.* *4. An* Monſtra ad hunc effectum pro liberis habeantur, ut mater jus trium liberorum conſequatur? *N. R. O. l. 135. de V. S.* *5. An* Exectus mortuæ, natus dici poſſit? *Aff.* quoad Effectus Juridicos. *per l. 141. de V. S. N. O. l. 132. §. 1. eod.* *6.* Quando partus perfectus habeatur? vid. *l. 12. ht. l. 3. §. pen. D. de ſuis & Legit. Habn. ad Weſ. ibid. n. 3.* Cæterum Perſonę ex jure Gentium ſunt vel ſervi vel liberi, *l. 3. ht.* illorum definitio Nominalis Etymologica eſt *in l. 4. §. 2. §. 3. Inſt. eod.* Realis, Servitutis in abſtracto, *d. l. 4. §. 1. eod. §. 2. Inſt. ht. ubi ad v. Dominio alieno, nota, ſervum & Dominum eſſe relata, adeoq; alterum ſine altero eſſe non poſſe, N. O. l. 3. pr. de pecul. l. 1. pr. de rer. diviſ. l. 26. D. de ſtipul. ſerv. l. 1. & 2. pro derelicto.* Diviſio negativè traditur *l. 5. pr. ht. §. f. eod. vide tn. §. 7. Inſt. de Inj. l. 15. §. 44. eod. l. 15. §. 1. de uſufr. tot. tit. D. de ſtatulib.* Modi conſtituendi ſervitutem ex jure Gentium, ſunt 1. Captivitas, ratio eſt *in §. 17. de rer. div.* 2. Nativitas *l. 5. §. 1. ht.* ratio eſt in *l. 7. C. de rei vind.* ratio rationis in *l. 1. §. 1. de ventre inſpic.* Ex jure Civili 1. ſi quis ſervus pœnæ efficiatur, *§. 3. Inſt. q. m. P. P. ſolv. vid. tn. Nov. 22. c. 8.* 2. Si libertus ob ingratitudinem Patrono fuerit condemnatus, *§. 1. de capit. dimin.* 3. Si liber homo major 20. annis ad pretium participandum ſe venundari

dari paſſus ſit, *l. 5. §. 1. ht. N. O. l. 13. ad L. Aq. l. 10. de acq. rer. Dom.* 4. ſi mulier rem habuerit cum alterius ſervo, nec ter admonita deſtiterit, *tit. Inſt. de ſucc. ſubl. ex SCto Claud.* 5. ſi in Cenſu quis nomen profeſſus non fuerit, *l. 4. §. 10. de re milit.* 6. ſi quis non fuerit ſolvendo, *vide tn. Bachov. ad §. 4. Inſt. ht.* Quoad Poteſtatem Dominorũ jure Civili in ſervos, ea, ratione initii erat quoad perſonas, Jus vitæ & Necis, quoad bona, eorum acquiſitio. §. 1. *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni juris l. 10. §. 1. de acq. rer. Dom.* progreſſu temporis rigor iſte mollitus fuit à D. Antonino Pio, *l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel alieni juris. §. 2. eod.* Hodiè ſervitutem inter Chriſtianos non reperio, (*ſecus quoad Turcas Captivos*) *R. I. de anno 1542.* §. und wiewohl nun/ *v.* viehiſche Dienſtbarkeit. Niſi ſimulacrum ponas in Lazzis, laſſen/ Eigen behörigen Leuten/ & remotum nonnihil in operis ſervorum, Frondienſten. vid. *D. D. Struve ht. n. 23. Carpz. J. F. p. 2. c. 51. & 52.* Jam controvertitur 1. *An* ſtatu liberi ſint ſervi? *Aff. l. 9. l. 16. l. 29. de ſtatu lib. N. O. l. 38. §. 3. de ſolut. l. 13. C. de teſt. manum. l. 9. §. 16. de pœnis l. 14. de quæſtion.* 2. *An* Adſcriptitii? *N. l. 20. C. de agric: & cenſit. l. 3. l. 7. l. 12. eod.* 3. *An* jus vitæ & necis, ex vera juris G. ratione adverſus ſervos defendi poſſit? *N.* 1. *arg. l. 1. de pact. l. 1. de conſt. pec.* 2. quia ſic jus N. intrinſecus mutaretur, *contra §. pen. Inſt. de jure N. G. & C. vid. Frantzk. Ex 2. q. 2.* 4. Quibus competat Jus *A*ſylorum? Regula formanda talis, Competit omnibus, *l. 6. C. de his qui ad Eccl. conf. Sunt tn. exceptiones, ut in Nov. 17. c. 7. c. 1. X. de Homic. c. 6. X. de immun. Eccl.* 5. *An* competat Judæis poſt delictum baptizatis? *N. arg. l. 1. §. 1. de pæn.* Hominum Liberorum proponitur 1. Definitio in abſtracto ipſius Libertatis *l. 4. pr. ht. §. 1. Inſt. eod.* 2. Diviſio in Ingenuos & Libertinos *l. 5. pr. eod.* illi fiunt 1. Nativitate

*d.l.5. §. 1. pr. Inſt. de Ing.* 2. Sententia *l.25. ht.3.* jurejurando *l.2. l.30. §.4. de jurej.* 4. Natalium reſtitutione *tot. tit. de Nat. reſt.* Libertini olim in triplici erant differentia, *§. ult. Inſt. de libert.* quæ ſublata à Juſtiniano. *l. un. C. de dedit. lib. toll. l. un. C. de Lat. Lib. toll.* Poſtea ingenuis ſunt exæquati, ſalvo tn. jure patronatus *Nov. 78. c. 1.*

*Tit. 6. De His, qui ſunt ſui vel alieni juris.*

§. 6. Ex jure Civili homines ſi conſiderentur, fiet vel reſp. ſtatus publici, vel privati; illic ſunt vel cives, vel peregrini; Hîc vel ſui vel alieni juris. Sui Juris vel ſimpliciter, vel ut ſubſtent poteſtati adminiſtratoriæ tutorum & curatorũ *l.215. de V.S.* Alieni juris ſunt. 1. Servi, 2. Filiif. De Servis modo vidimus, unde cum Imp. de Fiiſf. autem ipsâ P.P. erit diſpiciendum. Conſideratur quoad conſentanea & diſſentanea, illa ſunt. 1. Nuptiæ 2. Adoptio. Nuptiæ, vel ab initio ſtatim juſtæ ſunt, vel ex poſt facto per Legitimationem, *arg. tot. tit. Inſt. de Nupt. ubi Not.* Antequam ad ſpecialia transgrediamur, de *P.P.* dicendum origine, Effectibus & Affini. Origo ejus, ſiquidem conſideretur formaliter, eſt ex jure Civili, *per §. 2. Inſt. de PP. l.3. ht. l.18. de ſtatu Hom. N. O. l.8. D. ht. l.2. de juſt. & jure.* Effectus undecim numero recenſet *Harpp. ad d.* §. 2. potiores ſunt 1. Jus vitæ & necis *l.11. de lib. & poſth. l. ult. C. de P.P.* ſecus eſt jure poſteriori. *l.5. D. ad L. Pomp. de parricid.* 2. quod parentibus omnia acquirant, quod tamen juribus ſubſequentibus admodum limitatum fuit, *pr. Inſt. q. non eſt perm. f. teſt.* 3. Poteſtas liberos in causâ extremæ egeſtatis & famis diſtrahendi. *l.2. & tot. tit. C. de Patribus qui lib. diſt.* quod minimè ad matres extendendum *fruſtrà diſſentiente Hahnio ad Weſenb. ht. n.3.* Affine eſt Jus Maritale, *de quo ſecundùm jus commune, conſuetudinarium & Saxonicum. vid. Hahn. d.l.* Quantum

ad con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0014-5

ad conſentanea *P. P.* de Nuptiis ab initio juſtis, quoad præcedentia, formalia intervenientia, accedentia & ſubſequentia, latiſſimè tractatur *lib. 23. lib. 24. & 25. Dig.* unde hîc de Legitimatione. Eſt Ea *Actus*, quo liberi Naturales in *P.P.* rediguntur, *§. ult. Inſt. de Nupt. vid. Sutholt. de jurisd. aph. 335. ex quo patere arbitror, eam Legis actionem non eſſe contra Treutler. Tom. 1. diſp. 2. th. 6. Fil.* 1. per ſubſequens Matrimonium, *requiſita vid. ad §. ult. d. t.* Controvertitur hîc potiſſimùm, 1. *An* hæc Legitimationis ſpecies ſit ex jure poſitivo? *Aff.* propter fictionam juris, *contra Jaſon. 2. conſ. 214.* 2. *An* ita Legitimati ſuccedant in Feudo? *N. tit. 26. §. Naturales. lib. 2. Feud.* ſecus eſt quoad veritatem Practicam. *Mynſ. 5. Obſ. 42. n. 1. Gail. 1. Obſ. 140. n. 1. Diſſ. Andr. de Iſernia, Belviſ. aliiq; etiam recentiores.* 3. *An* ad hanc Legitimationem requirantur Inſtrumenta Dotalia? *N. arg. l. 11. C. de repud. l. ult. C. de don. inter vir. & ux. N. O. §. f. de nupt. §. 2. de ſucc. ab int. l. 11. C. de Nat. lib. Nov. 12. & Nov. 74. c. 4. in pr. & fin. Nov. 89. c. 8. & 11.* 4. *An* ad hanc Legitimationem ſufficiat, ſi Matrimonium inter virum & uxorem ſaltem tempore Nativitatis filiorum contrahi potuerit? *Diſt. cum Bachovio ad Tr. Tom. 1. diſp. 2. th. 6. lit. f.* 5. *An* Matrimonium in articulo mortis contractum cum concubina, liberos ex eâ reddat Legitimos? *Aff. per §. ult. Inſt. de Nupt. §. 2. de ſucc. ab int. generaliter loquentes.* 6. *An* Nepotes per ſubſequens matrimonium avi, patre defuncto, Legitimari poſſint? *N. vid. Bachov. ad Treutl. d. l. Diſſ. Harpp. ad d. §. ult. de nupt. n. 12. ibiq; autores.* 7. *An* Legitimatus per ſubſequens matrimonium, officio Aſſeſſoris in Cam. Imp. fungi poſſit? *N. per text. in p. 1. ord. Cam tit. 3. §. 1.* 2. Per Oblationem Curiæ, §. *ult. d. l. 2. l. 3. l. 4. C. de Nat. liber. Nov. 89. c. 2.* qui tn. legitimandi modus mutatâ Rep.

cum lance & litio expiravit. 3. per Reſcriptum Principis, *Nov. 74. c. 4. Nov. 89. c. 9. Auth. præterea C. de Nat. lib.* Quæſtiones Dd. ſunt, 1. *An* Conſenſus conſangvineorum in hâc Legitimationis ſpecie deſideretur? *Aff.* ſi eorum vertatur præjudicium, *Carpzov. J.F. p.2.c.6. def.25.* 2. *An* Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat fæminas, ſtante ſtatuto, ac extantibꝰ maſculis ſuccedant? *Aff. arg. Nov. 74. c.1. Nov. 89. c. 9.* 3. *An* Princeps ex damnato coitu natos legitimare poſſit? *N. arg. dd. textuum.* diſpenſationi tn. locus erit. *Bach. ad Treutl. d. l. th. 6. lit. g.* 4. *Utrum* Comes Palatinus proprios ſpurios Legitimare poſſit? *Aff. arg. l. 3. de Conſt. princ. N. O. l. 15. de adopt. l. 5. de pactis dot. vid. Math. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 6. m. 1. n. 71.* olim alius quoque erat Legitimandi modus, per Adoptionem, *l. 6. C. de Nat. lib.* ſed abrogatus poſtmodum *l. 7. C. eod. Nov. 74. c. 3. Nov. 89. c. 7. & 11.* alii quartum adhuc ſuper eſſe exiſtimant *per Nov. 117. c. 2.* ſed falluntur.

*Tit. 7. De Adoptionibus & emancipationibus aliis modis, quibꝰ P. P. Solvitur.*

§. 7. Alter modus conſtituendi P. P. eſt Adoptio, *ht. 7.* Eſt ea Actus Legitimus ad ſolatium eorum, qui liberos non habent inventus, quo liber homo in locum filii vel Nepotis Ritè eligitur. Dicitur. 1. Actus Legitimus, i. e. Legis Actio *l. 4. l. 25. l. 34. § 1. ht. l. 77. de r. j.* unde tamen non colligendum adoptionem eſſe juris Civilis, *contra Weſenb. ht. n. 2.* Dicitur 2. ad Solatium eorum, quæ verba finem innuunt adoptionis, *contra Hahn. ht. n. 2.* Dicitur. 3. Ritè, quo formam adoptionis indico & ejus conſequenter ſpecies, Arrogationem & Adoptionem in ſpecie; Illa olim fiebat à populo, ratio eſt *in l. 2. §. 16. de orig. jur.* poſtea per reſcriptum Principale, *§. 1. Inſt. ht.* Hæc clarè habetur poſita quoad jus Vetus *in l. ult. C. ht.* hodiè fit apud Magiſtratum, penes quem eſt Legis A-

ctio

ctio *l. 2. l. 3. de offic. proc. l. 4. ht. §. 1. Inſt. eod.* Scripturâ interveniente, quæ tamen tantùm eſt de formâ ejus probatoriâ. *Habn. ht. n. 5.* Cauſa Efficiens propinqua, eſt conſenſus eorum, qui hoc actu utuntur; ubi vero quoad arrogationem & adoptionem in ſpecie, non nihil differentiæ intercedit, *l. 5. ht.* indeque impubes arrogari non poterat, *arg. §. 9. Inſt. de inut. ſtip.* quod tamen à D. Antonino Pio mutatum fuit. *l. ult. D. ſi quid in fraud. Patr. l. 8. §. 15. de in off. teſt. §. 3. ht. ſub tribus limitationibus, de quibus vide d. §. 3.* Hîc ſaltem nota, per quartam partem ibi, intelligi non quartam quartæ, ſed omnium bonorum. *dd. text. contra Accurſ. Bald. Mynſ. Vultej. ad d. §. 3. Bachov. ad Treutl. Tom. 1. diſp. 2. th. 9. lit. c.* unde infero porrò quartam hanc *per Nov. 18. c. 1.* auctam non eſſe, *contra Bachov. c. l.* De ſubjecto *καθ' ἄρσιν vid. §. 4. §. 10. & ult. Inſt. ht. ibiq; not. l. 40. §. 1. hic.* De Formâ & fine jam conſtat. Effectus adopionis eſt P. P. *tot. tit. hic vid. tamen limit. jure novo in leg. pen. C. ht. & §. 2. Inſt. eod.* Hoc loco disquiritur *1. An* Plebejus à nobili adoptatus nobilis efficiatur? *N. per l. 23. ht. 2. tit. 26. lib. 2. F. §. 4. Diſſ. 1. Rickius de unione prol. c. 9. n. 47. 2. Gothofred. ad l. 1. §. 4. unde cognati. 3 Reinking. de R. S. lib. 1. Cl. 3. c. 11. n. 24. 4. Bachov. ad Treutler. Tom. 2. diſput. 15. th. 5. lit. c. Habnius ad Weſenb. ht. n. 6. 2. An* Adoptivi ad retractum admittantur? *N. vid. Tiraq. de retr. Lignag. §. 1. Gl. 8. n. 16. 3. An* Donatio omnium bonorum filio adoptato revocari poſſit? *N. per l. 8. C. de rev. Donat. 4. An* ſtante ſtatuto, ut maſculis extantibus, fæminæ ab hereditate excludantur, idem de Adoptatis intelligatur? *N. Mantica. lib. 1. Conj. ult. volunt. tit. 8. n. 19.* Affine Adoptionis jure hodierno eſt unio prolium, die Einkindſchafft / *de quâ vide elegant. Tr. Rickii.* Diſſentanea P. P. ſunt *1.* Mors, ſive

Natu-

Naturalis, ſive Civilis, *pr.* §. *1. & 3. Inſt. q. m. P. P. ſolv.* 2. Summa Patriciatûs dignitas §. *4. d. t.* hodiè & aliæ dignitates à cingulo Curiæ liberare valentes. *Nov. 81. c. 1. & 2.* Non tamen dignitas Doctoratûs, aut Monachiſmus, *Diſs. Dd. paſs. 3.* Captivitas, §. *5. d. l. t.* Emancipatio §. *6. eod. 5.* In Adoptionem datio §. *8. eod. ibiq; Dd.*

*Tit. 8. de Rerum diviſione & qualitate.*

§. 8. Alterum Juris Objectum ſunt Res. Conſiderantur non ſimpliciter, ſed quatenus Perſonæ jus circa illas habent, vel in re, vel ad rem *vid. ad pr. Inſt. ht.* & nota 5. ſpecies Juris in re, Dominium, ſervitutem, Poſſeſſionem, Pignus & Jus Hæreditarium, *contra 1. Bald. ad l. ſi. certis C. de pact. 2. Jaſon. in* §. *1. Inſt. de Act. 3. Weſenb. de Serv. n. 8. 4. Donell. 9. Comm. 8. & 13. ibiq; Hillig. 5. Giphan. ad* §. *11. de rer. div. 6. Mynſ. ht. 7. Bachov. de Act. diſp. 1. th. 14. & Sutholt. Diſs. 4. aph. 3. aliosq;.* Hîc ſimplex tantum proponitur rerum Diviſio, *l. 1. ht.* accuratior eſt *in* §. *2. Inſt. eod.* quod ſint vel extra commercium vel in commercio; *N. O. l. 1. de uſu & uſufr. Leg. ad quã minus rectè reſpondent. Bartol. Joan. Gloſſator, Ant. de Uſyll. Vultejus aliiq;,* illæ vel Divini vel Humani juris. Divini Juris, 1. Sacræ. *vid. ad* §. *8. ht.* adde, quod Res ſacræ & Eccleſiaſticæ, etiã ad impios uſus relictæ, in fiſcum non ſint convertendæ, ſed ad magis pios uſus alios, *l. 16. D. de uſufr. c. 8. X. de R. J. in 6. N. O. l. 5. C. de pagan. & ſacrif.* 2. Religioſæ. §. *9. ht.* 3. Sanctæ. *l. 6. l. 9. l. ult. ht.* §. *10. eod. ubi* nota, in violatores murorum municipalium, capitis pænam ſtatutam non eſſe, *per l. ult. ht. l. 16.* §. *1. & ſeqq. de pænis Diſs. Harpprecht. ad d.* §. *10. Arum. Exerc. Juſt. 4. th. 7. & 8.* Humani juris ſunt communes, Publicæ & univerſitatis. *l. 1. ht.* §. *1. & ſeqq. Inſt. eod. ibiq; Dd.* Res in commercio exiſtentes ſunt vel corporales, vel incorporales. *l. 1.* §. *1. hic* Has ſi entia rationis dixeris cum VVeſenbecio

propè

propè eris rationis; illæ, vel mobiles ſunt, vel immobiles *vid. Harpp. ad tit. Inſt. de rebus corp. & incorp.* Hîc litigant DD. 1. *An* Molendina ad res immobiles ſint referenda? *Aff.* exceptis Pueumaticis & quæ aquis ſupernatant. *arg. l. 60. de acq. rer. Dom. Diß. Hering. de molend. q. 8. n. 16. Habn. ht. n. 4.* 2. *An* Fodinæ? *Aff. per l. 3. §. ult. de rebus eorum qui ſub tut. vel cura ſunt & c. l. 44. de r. v. Nov. conſt. Elect. Aug. p. 3. Conſt. 28.* ſecus eſt quoad proventum *l. 7. §. 13. Soluto matr. d. c. 28.* 3. *An* Pecunia? R. quod ut corpus conſiderata, rebus accenſeatur mobilibus, ut quantitas incorporalibus. *l. 46. de cond. indeb. l. 24. depoſ. l. 5. de impenſ. in res dot. fact. Diß. Hotom. ad pr. Inſt. ht.* 4. *An* pecunia in emptionem prædiorum deſtinata immobilium claſſe habenda? *N. arg. l. 58. §. 1. pro ſocio. l. 55. §. 7. de Leg.* 3. niſi ex venditione rerum quoque immobilium fuerit redacta. *l. 17. §. f. de act. empt. vend. Diß. Habn. d. l.* 5. *An* Actiones? *Diſt. vid. Tiraq. de retr. §. 1. Gloß. 7. n. 1. & ſeqq. ibiq; 4. modis Dd. Diß.* 6. *An* Lecti & Linteamina in diverſorio publico poſita? *N. arg. l. 21. l. 2. §. 1. de Inſtr. & Inſtrum. Leg. contra Heig. p. 2. q. 15. Berl. p. 3. concl. 30. n. 33. Habnium d. l.* 7. *An* merces in tabernis poſitæ? *N. per l. 66. de V. S. vid. Carpzov. J. F. p. 3. conſt. 24. def. 9. Heig. c. l. n. 4. & ſeqq.* 8. *An* piſces fructificationis causâ ſtagno aſſignati? *N vid. Carpz. & Heig. dd. ll. Diß. Habn. d. l.*

§. 9. De Duobus Juris objectis hactenus, ſuccedit tertium, nempe Actiones. Conſiderantur & quoad τὰ πρῶτα, & in ſe; Illa ſeptem diſtinctis capitibus abſolvuntur, i. agitur de magiſtratibus ſpecialiter & generaliter. Specialiter quoad eorundem ſeminariũ, Senatores, *ht. 9.* Jure Veteri erant, qui ſingulis luſtris per cenſores autem dictatorem in ſenatum ſolenniter lecti erant, iique vel *Tit. 9. de Senatoribus.*

legitimi, vel edicti, pedariis contradiſtincti. *Gell. lib. 3. N. A. Flocc. tr. de magiſt. l. 2. c. 2.* Novo, qui à Patriciis ad illuſtres deſcendunt, inque ſenatu ſententiæ dicendæ jus habent. *l. f. ht. quæ à Triboniano interpolata. Frantzk. hîc n. 13. & ſeqq. Hîc vero nota, i. ἀντινομίαν l. 5. D. ht. & l. 11. C. de dignit. optimè conciliari, d. legi 11. præmiſſa particula, Si, contra 1. Duar. lib. 2. animadv. c. 2. Habnium ad Weſenb. ht. 2. Pacium. 3. Boeerum de regal. c. 2. n. 11. aliosq; 2. ex d. l. 5. ht. fluere, filios ante nobilitatem à patre adeptam natos, quoq; nobiles fieri, item filios natos, antequam pater magiſter fieret, intelligi magiſtri filios,* Meiſters Kinder. *Carpz. J. F. p. 2. c. 10. def. 32.*

*Tit. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*

§. 10. 2. Genera Magiſtratuum. Sunt ſc. Magiſtratus, vel urbani, vel Provinciales; Urbani vel ordinarii vel extraordinarii, illi a. cum Imperio mero, a. ſine eo. Cum Imperio mero, 1. Conſules, *tit. 10.* 2. Præfecti Prætorio. *tit. 11.* 3. Præfecti urbi. *tit. 12.* Sine eo, 1. Quæſtores *tit. 13.* 2. Prætores. *tit. 14.* Extra ordinem jus dicebant præfecti vigilum. *tit. 15.* Provinciales ſunt 1. Proconſules, eorumque Legati, *tit. 16.* 2. Præfectus Auguſtalis *tit. 17.* 3. Præſes. *tit. 18.* 4. Procurator cæſaris. *tit. 19.* 5. Juridicus Alexandriæ. *tit. 20.*

*Tit. 21. De Officio ej9 cui mandata eſt juriſdictio.*

§. 11. Generaliter magiſtratus conſiderantur, 1. quoad officium ejus, cui mandata eſt Jurisdictio. *tit. 21.* Ubi 2. tenendæ regulæ. 1. καθ᾽ ἄρσιν. Quæcunque ſpeciali Lege vel SCto competunt, mandatâ jurisdictione non tranſeunt. *l. 1. pr. ht.* eò pertinent, (1.) Imperium Merum *d. l. 1.* quod etiam procedit jure Canonico, *c. 3. X. de offic. jud. deleg. c. 1. clem. de Hæret.* & Noviſſimo *Ord. Car. Crim. a. 2. contra Azon. in Summ. C. de jurisd. Alc. 2. Parad. 6. Muſc. tr. de jur n. 23. Weſenb. ht. n. 3.* (2.) Tutoris datio *Diſs. Weſenb. hic n. 3.* 3. Autoritas interponendi Decre-

tum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0020-9

tum in rebus minorum alienandis. *l. 1. l. 9. §. 11. l. 5. D. de rebus eorum qui ſub tut.* 4. Poteſtas arbitrandi, an & quomodo tranſactio ſuper alimentis in teſtamento relictis ſit admittenda *l. 8. pr. §. 1. & 18. de tranſact.* 5. Conſilii Exercitio *l. 2. pr. ht.* 6. Legis Actio, quoad omnes magiſtratus, *Diſſ. Habn. ad Weſenb. d. l. Sutholt. de jurisd. aph. 156.* 7. reſpectu magiſtratuum minorum, poteſtas dandi judicem pedaneum *l. 12. §. 1. de judic.* 2. Regula κατὰ θέσιν eſt, quod omnia quæ jure magiſtratus competunt, mandatâ jurisdictione tranſeant, jurisdictio ſc. ſimplex & Imperium mixtum *l. 1. §. 1. l. f. ht.*

§. 12. 2. Quoad Aſſeſſores *ht.* Sunt JCti qui Judici a. Magiſtratui, in judicio cauſſæve cognitione aſſident, eumque ad judicandum cauſamq; rectè decidendam inſtruunt. *Schulz. proc. jud. p. 1. c. 7. n. 2. Cæterum pluribus vide Frantzkium ht. & nota, (1.) ab his Aſſeſſoribus, de quibus in D. & C. agitur, differre Aſſeſſores Cam. Imp. & judiciorum Curialium, hactenus, quod unà cum Præſide cauſam decidunt, ſicque judicibus ordinariis annumerantur. Geil. 1. obſ. 33. & 41. n. 5. (2.) validè à judice cauſas tractari in judicio abſentibus quamvis Aſſeſſoribus, extra judicium non item, Carpzov. lib. 6. reſponſ. 12. & proc. judic. tit. 2. a. 4. not. 3. n. 32. Diſſ. Finckelthaus. obſ. 63. (3.) Aſſeſſores etiam teneri, ſi imperitiæ nomine jus iniquum ſuggeſſerint, l. 2. quod quisque juris. &c.* *Tit. 12. De Aſſeſſoribus.*

§. 13. De Jurisdictione quoque agitur generaliter & ſpecialiter. Generaliter conſideratur 1. quoad affinia. 2. in ſe Illa ſunt 1. Imperium Merum, hactenus enim illud ſub vocabulo jurisdictionis jure Civili non comprehenditur, *arg. l. 4. in f. l. 6. de offic. proc. l. 1. §. 4. de ſuſp. tut. N. O. l. 1. D. de offic. ejus cui mand. eſt jurisd. Nov. 15. c. 3. rubr. ht. l. 2. §. 23. de O. j. contra Obrechtum, Bocerum,* *Libr. 2. Tit. 1. Juris dictione.*

*&* *Noviſſimè D. Frantzkium bt. n.* 3. Definitur in *l.3.bt.* (*Diſſ.Muſcorn.de juriſd. n.40.*) *aliter ſed inepte à Bartolo in d.l.3. aliter ſentiunt Iſidorus, Vacuna, Gæddæus, quos peſſimo exemplo ſequitur Treutlerus Tom.* 1. *Diſp.3. th.* 3. *lit.e.* Gradus Imperii meri non 6. conſtituendi cum *Bartolo Jaſon add.l.5.* ſed tres tantummodo *l.6.l.7.l.8.l.28.de pænis. Hahn. ad bt.n.6.* 2. Mixtum. Eſt modica coercitio, juriſdictioni tuendæ, expediendæ & exequendæ inſerviens. *arg. l.1.l. ult. D. de offic. ejus cui mand. eſt jur. contra* 1. *Bartol. d.l.2. Franc. de Claper. Concl.3. n.6. & ſeqq.3. Weſenb.bt. n.7.* & unicum juriſdictioni acceſſorium *dd. text. contra Frantzk. bt. n.52. Coraſ. in l.3.bt.* eò vero non pertinet datio b.p. *contra Duar. Baron. Charond. Weſenb. hic num.7. Treutler. d.diſp.3.th.4. lit.b.* nec judicis datio, nec miſſio in bona, niſi quà coercitionem ſapit, nec jubere caveri prætoriâ ſtipulatione, nec in integrum reſtitutio, *N. O. l.3.l.4. bt.l.26. ad municip.* In ſe ſi ſpectetur juriſdictio, Definitio accuratior eſt, Poteſtas, de cauſis civilibus jus dicendi jure magiſtratus competens. *contra Dd. paſſim.* Quoad Diviſiones, æquivocas licet, Eſt 1. vel Voluntaria vel contentioſa, ad illam ſpectat Adoptio, manumiſſio vindictâ & emancipatio. *l.2. l.3. de offic. proc. l.4. de Adopt. rationem vide apud Hilliger. ad Don. lib.17. c.8. lit.a.* non item Agnitio b.p. Legitimatio *d. tr. aph.334.* Confectio Inſtrumenti ſolennis, *contra Bartol. ad l.1. D. de offic. proc.* inſinuatio Teſtamentorum & Donationum. *Diſſ. Frantzk. bt. n.42. Carpzov. proc. jud. tit.2. a.1. §.3. not.2.* 2. Vel Propria vel Aliena; Hæc vel Mandata vel prorogata; prorogata, vel expreſſa, vel tacita, non item Legalis, *contra Bachov. ad Weſ. n.8. hic Gipb. Perez. ad l.4.C.bt.* Prorogata tantùm intelligitur de Perſonâ ad perſonam, & cauſâ ad cauſam, non item de loco ad locum, aut tempore

ad

ad tempus, *contra Azon. ſumm. C. bt. n. 8. Zaſium in l. pen. de juſt. & jure & DD. comm.* Prorogari autem poteſt jurisdictio etiam mandata, ſi univerſitas cauſarum mandata fuerit, non item ſi una cauſa. *contra 1. Jacob. de Ravic. Cyn. in l. 1. C. bt. 2. Bald. in l. 1. de jud. n. 3.* quin & in criminalibus locum habet prorogatio, ſi quis ſe ſubjiciat illi, qui de tali crimine cognoſcendi poteſtatem habet. *Gloſs. in l. 1. de judic. Cæterùm de commiſs. vid. Ruland. tr. de Commiſs. & de Reconventione Schultes Obſerv. Pr. 30. Carpzov. J. F. p. 1. c. 7. proc. jud. tit. 6. a. 3.* Diviſiones Jurisdictionis ex jure novo habet *Habnius ad Weſ. d. n. 8.* De altâ & baſsâ Jurisdictione in foro Saxonico, quæritur *1.* An coercitio ſtupri pertineat ad jurisdictionem altam? *Aff.* per *textus in Ord. Eccl. tit.* von Eheſachen *& conſt. 27. c. 28. p. 4.* niſi ſponſus ante ἱερολογίαν ſponſam carnaliter cognoverit, *Diſs. Berlich. p.* 1. *concl.* 1. *n.* 12. *Georg. Schultz. proc. jud. c. 1. n. 46.* 2. An Alimentatio infantis expoſiti? *Aff. arg. Ord. Prov. Elect. Saxon. de anno* 1534. *tit.* Waß zu Ober und nieder Gericht gehörig. *repetit. anno* 1555. *Carpzov. Pr. Crim. p. 1. q. 109. n. 25. contra Teſſaurum deciſ. 118.* 3. An Erectio Numellarum der Pranger und Halßeiſen? videtur pertinere ad utramque *arg. Ord. Polit. Joh. Georg. 1. de anno* 1612. §. maſſen wir dann. *Diſs. 1. Carpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 109. n. 73. 2. Schultz. d. l.* 4. An Judex Jurisdictionis altæ, a. baſſę irrequiſito conſiſtorio Numellas muris templorum affigere poſſit? *Aff.* modo & jus Patronatus habeat. *Petrus Theodor. in colleg. Crim. diſp. 10. th. 5. lit. a.* 5. Quænam ad utramque jurisdictionem pertineant? *Diſt. vid. d. Ord. Prov. de anno 1534. d. t. & Reſp. Scab. Lipſ. anno 1612. ad conſult. Senatus* in Thumb *apud Carp. d. q. 109. n. 31. & ſeq. & aliud anno 1596. M. Jun. apud eundem proc. jud. tit. 2. a. 1. n. 89. & ſeqq.* Cauſa Efficiens Jurisdictionis in theſi eſt

 Maje-

Majeſtas. Modi acquirendi ſunt, ex parte jurisdictionis Simplicis, conceſſio ſummæ poteſtatis, Patrimonialis v. præter hanc, etiam præſcriptio. *Habn. ht. n. 9.* quamvis & illa ſimplex per præſcriptionem prorogari, non etiam de novo acquiri poſſit, *ita accipio. l. 8. C. de div. offic. jud.* De Materiâ. *vid. Habn. hic n. 10.* Quantum ad Formam, Exercetur Jurisdictio, vel pro tribunali à magiſtratibus majoribus, vel de plano *l. 1. §. 6. de poſtul. l. 3. §. 1. ne quis eum &c.* probatur per teſtes, inſtrumenta &c. quoad præſumptionem juris diſtingvo *cum Habnio n. 12. contra Dd. paß.* Contraria Jurisdictionis ſimplicis ordinariæ ſunt, 1. Mors illius cui commiſſa eſt. 2. Non uſus ac præſcriptio. *c. 14. X. de privil.* ubi quæritur 1. *An* Jurisdictio in Imp. noſtro contra Imperatorem privativè præſcribi poſſit? *Aff.* in ſtatibus Imp. *Bachov. ad Treutler. d. diſp. th. ult. lit. 6.* 2. *An* aſperitate finiatur jurisdictio? *Aff. Mynſing. 5. Obſ. 8. Geil. 1. Obſ. 17. n. 2.* 3. In ſingulis cauſis, ſi finita fuerit inſtantia. *l. 13. C. de jud.* 4. Recuſatio Judicis *vid. de eâdem ad tit. de jud.* Mandatæ, 1. Mors Mandarii. 2. Mandantis, re ad huc integrâ. *c. 20. X. de offic. jud. del.* 3. Revocatio Mandati. *c. 25. eod.* 4. Lapſus temporis judicio præfiniti. *c. de cauſis d. t.* 5. Recuſatio. *c. licet de foro compet.* 6. Appellatio. *c. 59. X. de appell.* 7. ſi finitum ſit negotium commiſſum, *l. 55. de re judic. An vero commißoni impetratæ poſt citationem renunciari poßit, & coràm committente cauſa tractari, vid. apud Carpzov. deciſ. illuſtr. Saxon. 97. ubi affirmativam ſententiam præjudicio Senatus App. jud. Dresd. firmat.* Prorogatæ Expreſſæ, ſi judex aditus non fuerit. *N. O. l. 27. de rec. qui arbit. rec. l. pen. C. de pact. l. 18. ht.* per aditionem autem non intelligitur litis conteſtatio, *d. l. 18. l. 15. ht. N. O. l. 23. de jud. l. 22. §. 5. ſol. matr. contra Accurſ. Salic. Cyn. Zaſium aliosq́.* Cæterum, an Juramentum ſi conventio

tioni acceſſerit, aditionem operetur, *vid. rectiſſimè negantem Bachov. ad Tr. d. l. lit. b.* Tacitæ, ſi lis non fuerit conteſtata *d. l. 15.* Effectus eſt alius generalis, alius ſpecialis; ille Jurisdictionis ſc. Patrimonialis vel quaſi, 1. Jus in re. 2. Remedia petitoria & Poſſeſſoria, quò pertinet etiam interdictum uti poſſidetis, quod Domino à ſubditis in jurisdictione turbato, & vice verſâ, datur, *contra Bart. in l. 1. §. hujus ff. uti poßid. Ang. Fulgoſ. l. 1. §. per hanc de R. V. vid. Hartm. Piſt. p. 4. q. 19. per tot.* Ad Effectus ſpeciales jurisdictionis, ſicque ad conſiderationem ejus ſpecialiorem, pertinent 3. edicta Prætorum 1. De albo corrupto *l. 7. ht.* Deſcendit ex eo Actio popularis, quæ datur contra eum qui albo à prætore propoſitum jurisdictionis perpetuæ cauſa, dolo malo corrupit, ad pænam 50. aureorum actori cedentium *l. 7. l. 8. hîc* Dico ad pænam 50. aureorum, *ita n. rectius Legitur cum exemplari Florentino in d. l. 7. §. 2. ht. arg. l. pen. de in jus voc. l. 10. de Accuſat.*

§. 2. 2. Quod quisque juris in alterum ſtatuerit ut ipſe eodem teneatur. *ht.* De æquitate hujus edicti *vid. Thoming. Dec. 16. D. D. Struve in Diß. de vind. priv. th 57.* Duo ejus reperiuntur capita. Prius pertinet ad magiſtratum ipſum. Dicitur itaq; *in l. 1. pr. ht. 1.* ſi quis magiſtratum, ſc. in ipſâ urbe. 2. Poteſtatemve ſc. in provincia *l. 15. de jur.* Hodiè Edictum hoc datur contra omnes magiſtratus qui regendę Reip. pręſunt, imò & contra ſingulas populi perſonas, 1. ſi populus magiſtratui ſive tacitè ſive expreſsè conſenſerit. *Paulus de Caſtro in l. 1. ht. n. 12. Sapia ibid. n. 33.* 2. ſi ſenſerit commodum ex ſtatuto. *arg. tot. tit. de in rem verſo.* Dicitur 3. Novi juris. *Ratio eſt in l. 4. l. 7. de offic. proconſ.* Hodiè Jus Novum in terminis intelligitur, quod eſt contra jus commune, licet in ſe iniquum non ſit. *Albericus de Roſate*

*Tit. 2. Quod quisq; juris in alterum ſtatuerit &c*

*in l.5.pr. ht. Dec. ibid.n.28.* Dicitur 4. ſtatuerit. Quod ita exaudiendum, ut magiſtratus dolo aut culpâ lata jus iniquum reverà in effectu ſtatuerit, ſecus proinde eſt, ſi prohibitus fuerit, aut inter eos jus dixerit, in quos jurisdictionem non habebat. *l.1.§.2.ht.* Poſterius Edicti caput pertinet ad litigantem, qui jus tale impetravit *d. l.* 1.*pr.* Dicitur inibi 1. obtinuerit, ſcilic. dolo aut culpâ latâ, d.l. licet eo forſan uſus non fuerit *l.3.pr. ht.* Dicitur 2. Decernetur, Pertinet autem hoc Edictum, 1. ad Fidejuſſores. *l.3.§.3.hîc.* 2. Procuratores in rem propriam *l.3.§.1.hic* 3. Tutores & curatores. *dt.* 4. Heredes. *l.3.§.5. eod.* non tamen ad procuratores ſimplices *l.3.§.hîc* 2. Patrem a. Filium *l.3.§.4.eod. Cæterum de jure Retorſionis vide prolixè apud Carpzov.p.3.c.38. & D. Struven. d.l.*

*Tit. 3. Si quis jus dicenti non obtemperaverit.*

§. 15. 3. Si quis jus dicenti non obtemperaverit. *ht,* Datur ſcilicet tùm actio adverſus non obtemperantes quanti ea res eſt. Ubi duo ut paucis agamus tenenda, 1. Non obtemperaſſe hîc eum intelligi, qui quod extremum eſt in jurisdictione, ie. Executorialia & ultra quæ jus dicens procedere non poteſt, non fecit, *l.un.§.1. ht. ſecundum Bulgarum & Zaſium ibid. quamvis novem ejusdem intellectus eſſe tradat Jaſon aliterq; ſentiat. Bartol. ib.* 2. Hanc actionem eſſe quaſi publicam & popularem *arg. d.l.1.un. contra Merill. lib.1. variant. ex Cujac. c. 6. Treutler. Duar. aliosq;*, ut his præſuppoſitis definiri poſſit. *Actio Perſonalis in factum, Prætoria, popularis, quæ datur magiſtratui, vel cuilibet alii, contra eum, qui extremum jurisdictionis contemnit, ad multam, quanti ſc. offenſio illa æſtimata fuerit, plura vid. apud Habn. hîc, & de Proceſſu contumaciæ Carpzov.proc.jud.tit.8.per tot.*

*Tit. 4. de in jus vocando.*

§. 16. Altero Capite, Præparatoria Judiciorum concernente, agitur de in jus Vocatione. 1. in genere *ht.* 4.

*ht.* 4. Definitio ſatis clare habetur *in l.* 1. *ht. ubi notandum, quod alia olim dicebantur fieri in jure, quæ ſpecimen futuræ litis exhibebant, alia in judicio: vid. Hahn. ht. n.* 2. Quoad Formam, in jus vocatio fiebat planè neſcio magiſtratu. *l.* 2. *ht. l.* 8. *qui ſatisd. cog. l.* 4. *ad L. Jul. de vi priv. aliquando etiam* manu injectâ *l.* 21. *ht. l.* 5. *qui ſatisd. cog. l.* 103. *de r. j. l.* 4. *de vi priv. adde verba L.* 12. *tabul. apud Rittershuſ.* Exceptiones habentur *in l.* 18. *ht. Nov.* 17. *l.* 22. *hic. l.* 1. §. 1. *qui ſatisd. cog. N. O. l.* 11. *l.* 18. *ht. Diß. Bachov. ad Weſ n.* 2. Edicti Prætorii tres habentur partes. Unâ Prætor vetat quasdam Perſonas omnino in jus vocari, *vid. l.* 2. *ht.* alterâ veniâ demum impetratâ *l.* 4. *& ſeqq. & textu generali in l.* 13. *eod.* unde diſceptatur 1. *An* VaſallusDominum veniâ non impetratâ in jus vocare poſſit? *N. arg. d. l.* 13. *& tit.* 22. *lib.* 2. *Feud.* 2. *An* hæc Edicti pars etiam pertineat ad vitricum & novercam ſocerum & ſocrum? *Aff. cum Dd. comm. per l.* 16. *ſol. matrim. Diß.* 1. *Fulgoſ. Alexand. in l.* 15. *ht.* 2. *Jaſon. in* § 9. *Inſt. de Action.* 3. Ad Præceptorem? *Diſt. cum Vinnio ad* §. 12. *Inſt. de Act. num.* 5. *contra* 1. *Menoch.* 2. *Arb. jud. q.* 14. 2. *Duar. c.* 4. *de in jus voc.* 4. Ad maritum & univerſitatem? *Aff. cum Schneidevv. ad d.* §. *n.* 49. Tertiâ, actione pænali Prætor Edictum munit *l. pen. & ult. ht. Definiri poteſt Actio Prætoria pænalis in factum, quâ ſine Prætoris veniâ in jus vocatus contra vocantem ad pænam* 50. *aureorum experitur dd. textib.* Citatio jure hodierno definiri poteſt, Actus Judicialis ſive judiciorum præparatorius, quo is, quem coràm ſiſti opus eſt, mandato judicis in judicium ob cauſam controverſam legitimè vocatur. Cauſa ejus Efficiens eſt alia Principalis, alia Inſtrumentalis; illa Remota in theſi Jus Gentium, in hypotheſi, Civile, *arg. l.* 1. *ht.* Propinqua, Judex, non ſaltem Ordinarius, ſed & mandatarius, delegatus ſive



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0027-7

commiſſarius, modo tenorem commiſſionis Citationi, inſeruerit, *Geil. 1. Obſ. 48. n. 17. & 20. arg. c. 31. X. de Offic. deleg. c. 2. X. de dilat. l. 1. C. de mand. Princ. Quod v. de transmiſſione copiæ vidimatæ, ut loquuntur, accipiendum, non a. Originali. Burſatus 3. Conſ. 268. n. 5. niſi reus comparens id ab ipſo poſtulaverit. Mynſ. 3. Obſ. 1.* & arbiter, in quo citatio demum extraordinaria intelligenda, & impropria nonnihil. Cauſa Inductiva eſt Inſtantia & poſtulatio litigatoris. *c. ſignificaſti de foro compet. l. 68. de jud. l. ult. C. de bon. autor. jud. poßid.* Fallit tamen 1. in cauſis publicis. 2. proceſſu inquiſitionis *arg. Nov. 128. c. jubemus. Pluribus vid. Carpzov. proc. jud. tit. 7. a. 1. n. 34. & An in dubio Citatio ad Inſtantiã partis facta præſumatur, rectißimè affirmantem Felinum in c. 1. X. de jud. Vant. de null. proc. ex defectu cit. n. 45.* Subjectum ſunt omnes quorum intereſt, quorumque cauſa agitur, *l. 47. de re jud. l. 39. de adoption.* ubi controventitur *1. An* Sententia pro abſente non citato lata, ſit ipſo jure nulla? *Diſt. cum Treutler. diſp. de in jus voc. th. 6. lit. a. Diß. Bachov. ibid. 2. An* in judicio præſens citari debeat? *Aff. 1. de jure Saxonico lib. 2.* Landr. *a. 3. 2. Civili. l. 2. §. 3. de judic. & quia citatio non tantum ſit ad effectum comparitionis, ſed & defenſionis, Diß. 1. Jaſon. 2. Caſtr. & Fulgoſ. in l. 1. ht.* Forma conſiſtit 1. in Commiſſione judicis, *quæ v. in dubio præſumitur. vid. Bachov. ad Tr. d. l. th. 4. lit. a.* 2. Inſinuatione, ubi requiritur 1. ut fiat à Perſonâ juratâ, *p. 1. O. C. Imp. tit. 38. Ord. App. Elect. Sax. Joh. Georg. 1. de anno 1605. tit.* von außbringung der Ladung *§. item* es ſolle. *tit. 4. Ord. proc. jud. Quod tamen civiliter exaudiendum, ut etiam per aliam quandoq; fieri poßit. Carpz. d. l. n. 52. & ſeqq.* 2. ut fiat illi ipſi qui vocatur. *Mynſ. 3. Obſ. 37. quod tamen & ipſum in terminis habilibus accipiendum. vid. d. ord. Appell. c. l.* 3. Relatione; ubi quæſtiones,

1. *An*

1. *An* valeat Citatio ſi non conſtet ex actis de nuntii relatione? *N. arg. l. 5. §. 1. ex quibus cauſsis in poſs. eatur. & d. l. Ord. App.* 2. Quomodo Citationis Inſinuatio probanda? *Diſt. vid. Carpzov. d. l. n. 77. & ſeqq.* Dividi poteſt Citatio 1. in univerſalem ad totam cauſam, & ſingularem, ad ſingulos cauſæ actus. 2. Realem & verbalem, cujus quænam ſint requiſita. *vid. apud Weſenb. ht. n. f. Treutler. c. l. th. 3. per tot. Carpzov. proc. jud. tit. 7. a. 2. per tot.* 3. in ſimplicem & Peremptoriam *l. 68. de judic. d. Ord. App. tit. 4. tit. 10. Ord. proc. jud. Elect. Sax.* 4. In Regularem & irregularem, extra territorium ſcil. & Edictalem. *de utrâq; vid. Carpzov. proc. jud. tit. 7. a. 3. & 4. aliiq; Pragmatici paſs.* Effectus ſunt 1. quod Citatio operatur præventionem. *c. propoſuiſti X. de foro compet.* 2. perpetuat jurisdictionem. *l. 6. de jurisd. c. 20. X. de off. jud. del.* non item actionem. *l. 1. §. 1. C. de ann. except. l. 16. de offic. præſid. & quia hactenus nulla differentia reperitur inter jus Civile & Canonicum arg. c. 10. d. t.* 3. quod & præſcriptionem interrumpit, etiam longi temporis & triennii *l. 1. l. 2. C. de longi temp. præſc. l. 2. C. de ann. except.*

§. 17. In ſpecie in Jus vocatio conſideratur 3. *titulis ſeqq. tit. 5.* agitur de actione quâ is qui in jus vocatus non venit conveniri poteſt. Eſt ea Perſonalis, in factum, Prætoria, quæ datur ei qui in jus vocavit, contra contumacem ad multam. Dicitur in Definitione contra contumacem. *Limit.* 1. *modo ex edicto vocari potuerit. arg. rubr. ht.* 2. *modo non ruſticitati ſit condonandum. l. 4. §. 1. eod.* 3. *modo aliquid interſit actoris, eo tempore adverſarium in jus veniſſe, aliàs n. ſecus eſt d. l. 2. §. 1.* 4. *modo ad magiſtratus majores adverſarius fuerit vocatus, d. l. 2. pr.* Hic vero quæritur, *An* hodiè vocatus ad magiſtratum, comparere teneatur? R. quod ſic, ſi in dubio ſit an vocatus

*Tit. 5. Si quis in jus vocatus non ierit, aut quis eum vocaverit &c.*



ſub

ſub ſit jurisdictioni vocantis necne, ubi proteſtatio quod reus non aliter quam in quantum de jure teneatur & in honorem magiſtratus venire velit, utilis erit. *vid. Spekhan. lib. 2. q. q. cl. 4. q. 1. ita accipio l. 2. ht. Habn. ht.*

*Tit. 6. in jus vocati ut eant vel ſatis acautum dent.*

§. 18. Titulo hoc ſexto agitur de eo, quod in jus vocatus, ſatisdatione locuplete fidejuſſore præſtitâ, dimittendus ſit. *l. 22. de in jus voc. l. 5. §. 1. qui ſatisd. cog.* Dicitur locuplete fidejuſſore, *ubi nota 1. eum locupletem æſtimari pro rei de quâ agitur qualitate, & facilitate conveniendi, l. 1. pr. ht. hodiè ſi in territorio illius judicis habeat Domicilium & bona poßideat immobilia. Weſ. hic. 2. Locupletem fidejuſſorem non deſiderari à perſonis quibus reverentia debetur cùm veniâ vocatis l. 1. l. 2. ht.*

*Tit. 7. Ne quis eum qui in jus vocatus eſt vi eximat.*

§. 19. Tractatur *ht.* de Actione, quæ datur adverſus eum, qui vi exemit in jus vocatum. Eſt ea Actio in factum, Prætoria, pænalis, quæ datur adverſus eum, qui vi exemit in jus vocatum, quanti ea res per jusjurandum ab actore æſtimata fuit, *l. 5. §. 1. & 2. ht. Limit. vide in l. 1. §. 2. l. 3. pr. & §. 1. l. 5. §. 2. eod.*

*Tit. 8. Qui ſatis dare cogantur, vel jurato promittant vel ſuæ promiſſioni committuntur.*

§. 20. Tertio capite Præparatoria Judiciorum concernente, agitur de ſatisdatione de in judicio ſiſti. In genere *ht.* Tres ibi tenendæ Regulæ, (1.) Satisdatio ab in jus vocato ſi ire nolit exigitur regulariter, id eſt, fidejuſſoribus *l. 1. ht. hactenus n. per pignora expediri nequit l. 4. §. 8. de fideic. lib. l. 1. §. 9. de coll. bon. l. 188. §. 1. de V. S. N. O. ead. l. 1. §. 9. de coll. bon. l. 4. §. 3. quod Legat. l. 25. de r. j. l. 21. §. pen. de conſt. pec. uno tamen locuplete fidejuſſore in cauſſis Criminalib9. civilib9. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. §. 1. ht.* (2.) juratò promittere poſſunt, 1. Perſonę illuſtres. *l. pen. C. de dign.* 2. Pauperes, ſi jurent, ſe idoneos fidejuſſores induſtriâ maximâ adhibita invenire nequiviſſe. *Auth. Generaliter C. de Epiſc. & Cleric.* Ubi quæritur 1. *An* hæc Cautio à reo in Criminali-

bus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0030-4

bus admittatur? *Diſt.* inter cauſam Criminalem quæ pænam continet corporalem, & quæ continet pænam pecuniariam; Hîc regulariter admitti poteſt, niſi de fugâ ſit ſuſpectus reus; illic vero non item, niſi maxima ſit dignitas ejus, qui accuſatur, vel aliæ circum ſtantiæ contrarium ſvadeant. *l. 4. de cuſtod. reor. ubi Gothofr.* 2. *An* poſt *a. 14. Ord. Carol. Cr.* moribus Saxonicis in cauſa Criminali Cautio hæc recipi poſſit? *Aff. vid. Carpzov. proc. jud. tit. 9. a. 5. n. 177.* (3.) Immobilium Poſſeſſores ne quidem juratò promittunt, ſed promiſſioni nudæ committuntur. *l. 15. pr. &* §. 1. *cum ſeqq. D. ht. ſecus eſt tamen interdum in Criminalibus, quod ſatis clarè patet ex a. 12. O. Car. Cr.* Poſſeſſorem a. hic intelligimus, vel qui eſt Dominus rerum, vel jus in re habet Dominio proximum, ut Emphyteuticarius, vaſallus *d. l. 15.* §. 1. Excluduntur qui ſervitutem habent in Prædio a. Pignus, *d. l. 15.* §. *2.* a. Uſumfructum, ſecus eſt Jure Saxonico. *Carpzov. J. F. p. 1. c. 5. d. 12.* Hîc controvertitur 1. quantum opus ſit poſſideri, ut pro idoneo poſſeſſore qvis haberi poſſit? *Diſt. cum Weſ. ht. n. f.* 2. Ubi bona ſita eſſe debeant? Diſt. iterum inter Jus Civile, quo etiam extra provinciam ſita ſufficiunt, & Saxonicum, quo in Electoratu demum. *Carpzov. d. l. def. 4.* 3. *An* à Poſſeſſoribus rerum immobilium præter cautionem ſimplicem ſpecialis bonorum oppignoratio requiratur? *N. per rubr. ht. l. 15* §. *f. eod. N. O. l. ult. C. de Princip. agent. in reb. l. f.* §. *3. C. de adminiſtr. tutor. Cæterum plura vide apud Carpzov. proc. jud. tit. 9. a. 5.* §. *6. & ſeqq. & J. F. p. 1. c. 5. quo brevitatis cauſa me refero.*

§. 21. Inſpecie de ſatisdationibus de in judicio ſiſti agitur *tit. ſeqq.* 1. de cautione Noxali, quâ ex Edicto Prætoris, Dominus qui noxam defendit, eam in eadem cauſa judicio ſiſti promittit. *l. 1. pr. ht.* *Tit. 9. Ex Noxali cauſa quẽadmodum caveatur*

 §. 22. 2.

*Tit. 10. De Eo per quem factum erit quominus quis in judicio ſiſtat.*

§. 22. 2. Quod qui ſatisdedit aliquando ſiſtere ſeſe & exhibere non teneatur, nempe 1. ſi Dolo alterius malo factum fuerit, quominus quis ſe in judicio ſiſtat; hoc enim caſu competit actori actio rei perſecutoria, prætoria in factum, ex delicto, contra impedientem, quanti interfuit vadimonium fuiſſe obitum, ideſt quantum eſt judicio petitum. *l. 3. §. 4. ht.*

*Tit. 11. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.*

§. 23. 2. Si Legitima obvenerint impedimenta Ehehafften. *l. 2. §. 1. & ſeqq. l. 4. l. 6. ht. quod procedit usq; adeò, ut iis generaliter renunciari non poſſit. l. 4. §. 4. eod.* Hinc vero quæritur 1. ad quodnam cum fidejuſſores, tum Principalis teneantur, ſi vadimonium ſine juſta causâ ſponte fuerit deſertum? *Diſt.* an certa quantitas ſive pæna cautioni fuerit adjecta, an vero non; illîc ea petenda *l. 2. §. f. D. qui ſatisd. cog. l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod inter eſt. prof.* Hîc petitur inter eſſe verum, *d. l. 2. §. f.* 2. An Dies termini computetur in termino? R *Diſt.* inter diem ultimum termini, & diem ipſum quo terminus eſt aſſignatus, ille regulariter computatur, *l. 133. de V. S. l. 6. de Obl. & Act.* Hîc tùm demum, ſi tempus à momento in momentum currat. *Dn. Struve hîc num. 32.* 3. Quomodo juſtum impedimentum probandum? *vid. Carpzov. proc. jud. tit. 9. a. 2. num. 54.*

*Tit. 12. De Feriis & Dilationibus.*

§. 24. 3. Si Terminus in Ferias inciderit, aut Dilatio fuerit impetrata. *ht.* Hinc videndum 1. De Feriis. 2. Dilationibus. Sunt autem Feriæ, dies feriati, quibus magiſtratus ſui poteſtatem non facit, nec jus dicitur. *l. 5. ht.* Suntque vel Ordinariæ vel Extra ordinariæ; Ordinariæ vel divini cultus, vel hominũ cauſa inſtituuntur; illæ, uſitato nomine vocantur Feſta, quæ vel mobilia vel immobilia. *vid. eleg. Frantzk. ht. n. 13. & ſeqq.* Hæ inſtituuntur vel propter ſingularem memoriam, quò refero dies Natales Romæ tam veteris, quam Novæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0032-5

Novæ, *l. 7. C. ht.* annos jubileos, &c. vel utilitatem agriculturæ, meſſium ſc. & vindemiarum *l. 1. ht. vid. l. 2. & 4. C. ht. Ord. Cam. Imp. p. 3. tit. 33.* §. von achten. & Mercaturæ *l. un. C. de nund.* Extraordinariæ ſunt, quæ pro re natâ indicuntur, *l. 3. C. de dilat.* Cauſa Feriarum efficiens eſt ſumma in Rep. majeſtas. *l. 4. C. ht. l. 4. D. hic l. 7. de Offic. proc. l. 26. §. 7. ex quibus cauſis maj. Diſſ. Weſenb. ht. n. 4.* unde quæritur *1. An* Pontifex habet poteſtatem ferias in Imp. Romano conſtituendi? N. cum Proteſtantibus in Comitiis de *anno 1694. Syring. de pace Relig. th. 32. 2.* utrum ſolus Imp. Imp. noſtri? *N. vid. Syring. d. l. lit. a.* Materia ſecundum regulam καθ' ἄρσιν, ſunt omnes actus Publici & Privati, *l. 8. C. ht. exceptiones vide apud Vallenſ. X. ht. n. 7.* Unde Quæſtiones, 1. *An* Citatio die Feſto fieri poſſit? Diſt. aut quæritur, an Citatio die feſto committi, a. Inſinuari poſſit, aut an ad diem feſtum in eadem terminus præfigi; illic affirmo, quia ceſſat ratio *c. 1. & ult. X. ht.* Hic vero diſtingvo inter jus Civile & Canonicum: illo non valet ex Interpretum ſententia *per l. 2. D. & l. ult. C. ht.* Hoc vero valet, quia demum proceditur die ſequente non feriatâ *c. 6. X. de dolo & contum.* 2. An Examinatio teſtium? *N. per c. 1. X. ht. l. ult. C. eod. Suarez. de Fer. lib. 2. c. 17. 3. An* Executio in cauſſis Criminalibus? *N. per l. 7. C. ht. N. O. l. 10. eod. vid. Nic. à Salic. in Silic. ad l. 6. C. eod.* de Forma *vide l. 2. l. 7. l. ult. C. ht. l. 4. D. hic. & nota, ſi Feriæ in locis diverſis diſcrepent non inſpiciendas eſſe ſolius judicis. Frantzk. ht. n. 29. Diſſ. Geil. 2. Obſerv. 123. n. 2.* Finis pro diverſis Feriarum ſpeciebus diverſus & ipſe facilè intelligi poteſt, *ſaltim ad ſenſum l. 1. ht. confeream ex æquitate etiam ad non occupatos in meſſibus vindemiisq; pertinere? Diſſ. Hahn. ht. n. 7. aliter diſtingvens.* Effectum exterminis *l. 1. ht. l. 6. l. 7. C. eod.* conſtare arbitror. De eo tamen quæſtio eſt an feriis renunciari poſſit? Diſt.

inter

inter Ferias ad utilitates hominum, & alias; illis rectè renunciatur, *l.* 1. §. 1. *ht.* his vero non item *l. 7. C. eod. c. ult. X. eod. N. O. l. 36. X. de arbitr.* Dilatio eſt rei agendæ ad alium diem vel terminum rejectio. *Weſenb. Par.* C. *hic.* Eſt 1. alia Peremptoria, in cauſa Civili regulariter, alia Dilatoria, in causâ Criminali. 2. alia Legalis quæ ipſo jure, ſtatuto vel conſvetudine tribuitur. *Nov. 53. c. 1. Auth. offeratur C. de litis conteſt. Nov. 96.* alia Arbitraria, quã judex in caſib9 permiſſis cauſa cognita tribuit, eaq; vel Citatoria, *l. 68. D. de jud.* vel Deliberatoria, quę datur reo poſt oblatum libellum, vel Probatoria, quæ in causâ Civili eſt regulariter una, *l. 7. ht.* in causâ criminali capitali, duplex eſt parte accuſatoris, terna ex parte accuſari. *l. ult. eod.* vel Executoria in actione reali, jure Civili, à judice ipſo definienda. §. 2. *Inſt. de offic. jud.* Canonico *10.* dierum *c. 18. X. de ſent. & re jud.* 4. v. menſium in perſonali *c. 15. eod. l. ult.* C. *de uſur. rei judic.* Alia conventionalis quæ ex partium conventione deſcendit *c. 27. §. cum a. X. de offic. jud. del.* Effectus Dilationis eſt 1. quod excuſet à pænâ & morâ *c. 2. hic* 2. quod adveniente die habeat vim ſententiæ interlocutoriæ. *l. qualem §. de rec. qui arb. rec.* De eo ad huc dicendum, *An* Judex dilationem Legalem pro arbitrio prolongare, a. coarctare poſſit? Diſt. 1. inter dilationem Legalem quæ tempus habet determinatum, & quæ arbitrarium. 2. inter tempora, quæ dantur in favorem illius, cui dantur, & quæ in ejus odium; illa dilatio quæ tempus habet determinatum, & tendit in odium ejus cui datur, à judice planè mutari non poteſt *arg. c. indultum X. de r. j. in 6.* reliquæ v. magis extendi quam coarctari poſſunt *l. 1.* C. *ht. Diſſ.* 1. *Menoch.* 2. *arbitr. jud. quæſt. c. 52. n. 5.* 2. *Donell.* 24. *Comm. 6.* 3. *Marant. in Spec. Aur. tit. hoc n. 15.* 4. *Weſenb. hic n. 18. vid. Habn. ibid.*

§. 25. Quar-

§. 25. Quarto inter præparatoria judiciorum capite, agitur de Editione Actionum, Rationum & Inſtrumentorum. Editio actionis fit vel per deductionẽ ad album, vel interveniente ſcripturâ, per libellum, *l. 1. §. 1. ht.* Eſt a. Libellus, brevis quædam ac concinna ſcriptura, intentionem actoris continens. *Habn. hic n. 2.* Quoad Diviſionem eſt 1. alius Civilis, alius Criminalis. 2. Conventionalis & Reconventionalis. 3. Primæ & ſecundæ Inſtantiæ. Materia ſunt omnes cauſæ Civiles & Criminales, exceptis ſummariis in quibus ſolenni libello opus non eſt. *c. 2. Clem. X. de V. S.* Forma conſiſtit in eo, quod Aptus debeat eſſe libellus, i.e. rotundus, dilucidus, concludens per modum ſyllogiſmi, quamvis major quæ jus conſtitutionis ſive in theſi continet, aliquando ſoleat omitti, & concluſio in cauſis Criminalibus, ſi agatur ex delictis certam ex jure pænam habentibus. *Habn. n. 3.* non obſcurus incertus, Generalis, *ſecus eſt in judiciis univerſalibus arg. l. 1. de r. v. & generalibus. vid. Bachov. ad Tr. Diſp. de edendo. Tom. 1. th. 11.*. alternativus, *niſi in materiâ l. 2. C. de reſc. vend. cauſis Criminalibus, Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 106. n. 25. Mercatorum, Carpz. J. F. p. 1. c. 2. def. 10. & ſi declaratio incertitudinis non ſit in poteſtate libellantis, a. incertitudo ex facto rei conventi oriatur, Hartm. Piſt. Obſ. 72. Non item in actione hypothecariâ arg. l. 17. de pignor. l. 25. de oblig. N. O. l. 16. §. 3. de pignor. l. 12. §. 1. q. m. pignus & c. l. 2. eod. Diſs. Geil. 1. Obſ. 62. n. 2. Carpzov. J. F. d. l. def. 9.* plurium actionum cumulativus. *Carpzov. proc. jud. tit. 6. a. 1. n. 57.* & jure Saxonico articulatus. *Nov. Conſt. Elect. Aug. p. 1. c. 2.* Hic non ineptè controvertitur *1. An* libellus ineptus clauſulâ ſalutari juvari poſſit? *Aff. Felin. in c. cum nuper n. 11. X. de offic. & pot. jud. deleg. Gail. 1. Obſ. 61. n. 10.* niſi ex narratis reſultet contrarietas, *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 45. Marta de Clauſul. 65. p. 23.*

*Tit. 13. De Edendo.*

*p.1.2. An* in libello nomen actionis ſit exprimendum? *N.1.jure Canonico c.6.X. de judic. c. ult. de lib. oblat. 2. Civili per l.1.§.1. ht. N. O.l.3.eod.3.Hodierno quo in Praxi utimur. Carpzov. J.F.p.1.c.2.def.13.ubi ampl.n.9.3.* Utrum poſt litem conteſtatam libellus in eodem judicio mutari poſſit? Diſt. inter mutationem & emendationem; illic Negamus *per l.3.§.11.de pec.l.5.C.de oblig.N.O.§.36.Inſt. de Act.l.4.§.3.de noxal.act.* hîc affirmamus *l.23.de judic. Diſs.1. Treutler. Tom.1.diſp.4.th.13.lit.d.2. Bachov. ibid.3. Zœſius ht.n.4.aliiq;.* Quantum ad Editionem Inſtrumentorum rationumque, cauſa ejus Effici ens remota in theſi eſt Jus G. in hypotheſi Civile, Propinqua obligatio vel mediata vel immediata, *ita intellige text. in l.9.pr. hîc vid. Habn.ht.n.11. contra Oldendorp. Cl.1. Act.8.* circa Materiam quæritur 1. *An* Actor reo convento omnia inſtrumenta exhibere teneatur? Diſt. probè inter Inſtrumenta & rationes; has omnes exhibere tenetur *l.5.l.6. hîc l. f. C. eod.* illa, quatenus iis uſurus eſt. *l.1.§.3. ht. N. O. l.3. C. eod. 2. An* reus vice verſâ? *N.l.1.l.4 C.ht exceptiones vide apud Carpz.proc.jud.tit.14.a.4.§.6.Not.1.& ſeqq.* Forma Editionis rationum ſatis clarè habetur *1.in l.6.§.2.ht. quamvis illa parum fuerit obſervata. vid. tot.tit. C.de jurej. propter cal.dand.2.l.1.§.2.eod.* Inſtrumentorum vero, quod ſine die & conſule edi debeant, *d.l.1.§.2. ubi exceptiones duas vide, alias apud Habn.n.13.* de effectu præter *Weſ.n. f.* prolixius vide *apud Carpzov. J.F.p.1.c.17.def.30.& ſeqq.*

*Tit.14. De Pactis.* §. 26. Quinto loco, ad præparatoria Judiciorum pertinent Pacta & tranſactiones. *tit.14. & 15.* Definitio Pacti accurata, ſi explicetur, habetur in *l.1.§.2.ht. contra Weſenb.n.2. Bachov.ibid. & noviſſimè Frantzkium eod.n.4.* Quoad Diviſionem, 1. ratione Formæ Pactum aliud eſt

Nudum,

Nudum, quod in terminis nudi placiti ſubſiſtit, *unde ap-
paret, τὸ nudum, hîc prædicari de pacto κατὰ διαστολὴν, non
ut Epitheton perpetuum, contra Weſenb. d. l. & falſa vatici-
nantes Batavos apud Vinn. tr. de pact. c. 5. n. 7. & ſeqq.*
aliud Veſtitum; Hoc vel intrinſecè tale vel extrinſecè;
illud Contractus, qui vel verus eſt, vel quaſi; verus vel
Nominatus, vel innominatus, qui facto a. datione perfi-
citur; *ita interpretor voculam, Cauſa, per l. 7. §. 2. de pact. l.
5. §. 1. & tot. tit. de præſc. verb. Diſſ. D. D. Tabor. partit. elem.
p. 3. ſect. 3. Theſi. 41. in ἐκθέσει vid. Diſp. M. ad l. 1. pr.
de oblig. & Act. §. 10.* Nominatus, Realis, verbalis, Lite-
ralis & conſenſualis. *§. ult. Inſt. de oblig.* Hoc duplex Legi-
timum, quod cum in ſe nudum ſit legis aſſiſtentia actio-
nem producit, *exempla vide in l. 30. de uſur. l. 7. l. 5. §. 1. de
fœnore Naut. l. 12. C. de uſur. Nov. 136. c. 4. l. 6. C. de dot. prom.
l. 35. §. 2. C. de Donat.* & Adjectum, quod contractui in
continenti additum, vi ejusdem, eundem habet effe-
ctum. *l. 7. §. 5. ht.* procedit a. idem in contractibus ſtricti
juris, *l. 48. ht. l. 3. §. 2. eod. l. 40. de reb. cred. contra 1. Zoæſi-
um ht. n. 61. 2. Hahnium hîc num. 10. aliosque. 2.* ratione
materiæ, aliud eſt Publicum aliud Privatum *l. 5. ht.* ubi
quæritur *1. An* Princeps boni publici cauſâ damna ſubditis
illata remittere poſſit? *Aff. arg. l. 1. §. 2. de juſt. & jure. c. in
noſtrâ X. de injur. 2. An* Duces belli inducias cum hoſte fa-
cere poſſint? *Aff. per l. 5. hîc vid. Vinn. tr. de pact. c. 2. n.
5. 3. An* fides hoſtibus, piratis, latronibus & hæreticis data
ſervanda ſit? *Aff. per l. 1. princ. hîc. l. 1. de conſt. pec. vid. Vinn.
d. l. 3.* ratione Cauſę Efficientis Pactum eſt vel expreſſum
vel tacitum *l. 2. ht.* ubi de Chirographo reddito pacti ta-
citi ſpeciem fert. *d. l. 2. §. 1. Sed quid, ſi plures eodem Inſtru-
mento ſint obligati? Puto ei tantùm qui accipit remiſſum vi-
deri debitum. d. 1. t. contra 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 140. 2.*

*Bartol. in l. 2. hic. Quidſi plura de eodem debito ſint penes creditorem inſtrumenta, unum a. reddatur? Puto adhuc procedere quod dixi, l. 2. ht. Bachov. ad Treutl. diſp. de pact. th. 3. lit. a.* exempla pacti taciti plure *vide in l. 4. hic l. 27. §. 1. l. 27. §. pen. l. 57. eod. l. 2. l. 4. l. 6. inquibus cauſis pignus tac. contrah. & aliis in juris locis paſſim.* 4. ratione effectus pactum aliud eſt reale, aliud Perſonale, aliud mixtum, *l. 7. §. 8. l. 17. §. 5. & ſeqq. ht.* 5. ratione accidentis vel judiciale vel extrajudiciale; illud v. jure Civili actionem non producit, *non obſtantibus l. 3. §. 11. de pec. l. 40. §. 1. hic.* 6. ratione finis vel Liberatorium vel obligatorium. *Weſenb. ht. n.* 4. Cauſa efficiens Pactorum eſt conſenſus paciſcentium *arg. l. 1. §. 2. (ſc. ſi propinquam intelligas, aliàs remota in theſi. more noſtro eſt Jus G. l. 5. de juſt. & jure, in hypotheſi civile) unde* ſtatim de ſubjecto diſpiciendum, κατὰ θέσιν ſunt omnes regulariter *l. 24. §. non ſemper de minor. l. 5. C. de obl. & Act.* καθ' ἄρσιν qui paciſci prohibentur. Accidit id (1.) propter defectum Conſenſus; eò refero furioſos, amentes, mente captos, extremè ebrios, ſurdos & mutos *juxta Diſt. l. 10. C. qui teſt. fac. poſſ.* impuberes, *Sed num hi naturaliter ſaltem obligantur? Aff. 1. de proximis infantiæ & pubertati. 2. obligatione Naturali ratione fundamenti conſideratâ, in effectu v. reſpectu pupillorum regulariter nulla eſt*; ita concilio textus *in l. 1. de Nov. l. 25. quodo dies Legat. l. 127. de V. O. l. 59. de oblig. & Act. l. 41. de cond. ind. l. 3. §. 2. ad Sc. Mac. Diſſ. Dd. paſſim.* prodigos *l. 40. de r. j.* qui tamen & ipſi naturaliter quoad actum primum obligantur, non vero in effectu, *d. l. 40. de r. j. l. 6. de V. O.* licet jurârint *l. 5. C. de Legib.* etiam jure Canonico *c. 26. X. de jurej.* minores, ſaltem quoad pacta judicialia, *pr. Inſt. de curat.* & obligationem bonorum, *ita concilio l. 101. de V. O. & l. 3. C. de in int. reſt. Diſſ. D. Frantzk. Exerc. 3. q. 5.* (2.) Conditionem

ditionem ſive ſtatum, quò refero ſervos & filiosfam. *Ubi tamen non una opus eſt diſtinctione. Vid. Excell. D. D. Struve. ht. n. 41.* Objectum Sunt 1. Res, ſi ſint in rerum naturâ, etiam potentiâ, *l. 46. ht. l. 83. §. 5. de V. O.* in commercio *d. t.* & ſpeciali ratione conventio de iis non ſit interdicta. *tot. tit. D. & C. de litig. l. 4. pr. de Leg.* 1. 2. Facta *l. 7. ht. l. 78. de V. O.* excluduntur a. impoſſibilia naturâ, *l. 35. l. l. 137. §. 5. De V. O.* & jure *l. 15. de cond. Inſt. l. 7. §. 3. §. 7, l. 22. §. 4. ht. De pactis a. ſuper hereditate viventis, vid. elegantisſimè* D. *Hahn. in Diſſ. de jure rer. concl. 65.* Forma alia eſſentialis, alia Accidentalis; Eſſentialis generica, conſiſtit in conſenſu nudo paciſcentium, ſc. indeterminatè, ſpecialis vero in conſenſu qualificato, qui jam ex ſingulis pactorum ſpeciebus intelligi poteſt. Accidentalis eſt, quod fieri poſſit vel purè vel impurè, inter præſentes & abſentes, & vel per Epiſtolam vel per nuncium. Diſquiritur hîc 1. *An* tacens in materiâ pactorum pro conſentiente habeatur? R. quod ſic, ſi agatur de commodo tacentis, præſentis tamen, aliàs ſecus eſt, niſi intercedat factum ex quo conſenſus elici poſſit, *c. 43. X. de r. j. in 6. 2. An* Notarius pro abſente ſine mandato paciſci poſſit? *N. 1. de jure Civ. l. 17. §. 4. hîc l. 73. §. f. de r. j. 2. Hodierno per Rec. Imp. Colon. de anno 1512. tit.* von Notarien §. und nachdem. Effectus pacti veſtiti eſt Actio, Nudum, jure G. & ipſum actionem producit, *l. 5. de juſt. & jure.* Civili non item, *l. 7. ht.* nec Canonico, *Fachin. lib. 2. controv. 100. N. O. c. 1. & 3. X. ht. can. 12. c. 22. q. 5. c. 8. c. 20. q. 1. Sunt tamen alii ejus effectus, vide Diſp. m. ad l. 1. pr. de Oblig. th. 5.* jure hodierno ſecus eſt, *Gudelin. lib. 3. de jure noviſſ. c. 5. Carpzov. J. F. p. 2. c. 19. def.* 17. Ad interpretationem ſpectat *l. 39. D. ht. N. O. l. 66. de judic. l. 172. de r. j. l. 34. pr. de Cont. empt.* Contraria ſunt 1. Error. *l. 15. de jurisdict. vid. plura (ſuo tempore) de empt. vend.* 2. Metus. 3. Dolus, *ubi diſtin-*

*gvendum 1. inter pacta nuda & veſtita. 2. contractus b. f. & ſtricti juris. 3. inter dolum dantem cauſā actui & incidentem. vid. ad tit. de dolo malo.* 4. vitium materiæ. 5. pactum Contrarium, quod vero conventionem priorem ipſo jure non tollit *pr. Inſt. de replic. adde l. 35. de r. j.*

*Tit. ult. Tranſactionibus.* §. 27. Tranſactionum Definitio alia eſt Nominalis Homonymica, quod 1. aliquando latius accipitur vocabulum, pro cujus libet rei ſive negotii definitione, *l. 229. de V. S. l. 36. de pact. l. 2. de jurej. 2.* propriè pro deciſione rei dubiæ *l. 1. hîc.* alia Realis, accuratior hæc, Transactio eſt deciſio rei dubiæ & litigioſæ conventa & non gratuita. *contra Weſenb. ht. n. 2.* Ratione modi tranſigendi, tranſactio vel ſimplex eſt, quæ fit, pacto, a. contractu innominato, vel mixta, quæ ſtipulatione; ratione objecti alia generalis eſt, alia ſpecialis, *vid. de hâc div. 4. concluſ. apud Habn. hîc n. 3.* Subjectum ſunt omnes regulariter, qui non prohibentur. *vid.* §. *præced.* Diſquiritur *a.* 1. *An* tranſigere poſſint procuratores? Diſtingv. inter procuratores ad litem & bona, illi non poſſunt niſi ſpeciale habent mandatum. *l. 60. de proc.* Hi vero ſub diſtinctione demum *vid. Habn. ht. n. 4.* 2. Tutores? *N. regulariter arg. l. 1. l. 9. l. 12. l. ult. de cur. fur.* niſi ob ſummam rei incertitudinem, *l. 12. C. ht. 3.* Vaſalli? *Aff.* ſi bonâ fide fiat tranſactio. *tit. 26. §. 3. lib. 2. Feud. tit. 43. eod.* 4. Pater? R. quod demum poſſit de bonis adventitiis minus plenis, conſenſu tamen filii adhibito, ſi præſens ſit & conſentire queat, *l. f. §. 3. & 4. C. de bon. quæ lib,* 5. Syndici & Adminiſtratores Civitatum? *Aff.* ni ambitioſè tranſigant. *vid. Habn. n. 4.* Objectum κατὰ θέσιν, ſunt res dubiæ & litigioſæ, *l. 1. ht. l. 2. C. eod.* κατ᾽ ἄρσιν i. quæ ſuâ naturâ in tranſactionem deduci prohibentur, res ſc. certæ & judicatæ. *Limit. vid. in l. 7. l. 11. ht. l. 32. C. eod. 2.* quæ ſpeciali juris prohibitione. Sunt *1.*

Con-

Controverſiæ quæ ex teſtamento oriuntur non inſpectis verbis teſtamenti. *l. 6. D. ht.* ubi quæritur. 1. *An* Inſpectioni verborũ renunciari poſſit? *N. per d. l. 6. hîc & l. 38. de pact.* 2. *An* valeat renunciatio jurata? *Aff.* jure canonico *c. 28. X. de jurej.* 3. An Inſpectio quoq; requiratur in teſtamento nuncupativo? *Aff.* Si in ſcripturam ſit redactũ, *d. l. 6.* 2. Alimenta futura teſtamento relicta, *l. 8. ht. l. 8. C eod.* 3. Crimina non capitalia, *l. 18. C. ht. Sed annõ licebit paciſci? N. quia & hîc ceſſat ratio redimendi ſanguinis d. l. 18. Aut tranſigere ante litem conteſtatam? N. d. l. 18. l. 2. D. de concuß. Aut ſuper crimine falſi, ſi non agatur ad ultimum ſupplicium? N. per d. l. 18. l. 1. §. f. ad L. Corn. de falſ. Diß. 1. Delrio ad d. l. 18. 2. Hugo de Fontana, aliiq;.* in criminibus verò capitalibus, quæ dicuntur ratione ultimi ſupplicii, transactioni locus eſt, *d. l. 18.* unde quæritur 1. *An* hæc transactio ſit licita jure Naturæ? *Aff. vid. Habn. n. 5.* 2. quænam ſit utilitas transactionis hujus jure Romano? R. eſſe maximam, 1. *ex parte rei ne pro confeſſo habeatur. 2. ne ſuſtineat pœnam corrumpentis actorem. l. 4. l. 29. l. 34. de jure fiſci. 2. ex parte accuſatoris, ne cadat in pœnam SCti Turpilliani. tot. tit. ff. ad SC. Turp.* 3. *An* Accuſator hîc abolitionem petere teneatur? *N. per d. t. in l. 18. C. ht.* hîc adde, excipi à regula crimen adulterii, ſuper eo enim tranſigere non licet. *d. t.* 4. Res Spirituales. *c. pen. X. ht. Sed num tranſigere probibemur ſuper cauſis ſtatus? N. per l. ult. C. ht. Super cauſis matrimonialibus? N. ſi pro matrimonio ſit tranſactio? Beuſt. p. 1. de ſponſal. c. 29.* Forma tranſactionis notatur in definitione, verbis conventa & non Gratuita, *adde l. 38. C. ht.* Effectꝰ eſt quod 1. inſtar rei judicatæ obtineat, *l. 20. C. ht.* 2. quod facilè retractari non poſſit, *l. 10. l. 16. ht.* 3. quod vel ad actionem, vel exceptionem proſit, *ubi diſtinctione opus, vid. pluribus Habn. ht. n. 7.* 4. Effectus ſpecialis eſt in majore

25. annis, non ſervante tranſactionem juratam, *in l. 41. C. ht.* Contraria ſunt 1. Error. 2. Vis. 3. Metus. 4. Dolus, *Qui tamen licet cauſâ dederit tranſactioni, eam nullam non reddit, cum ſit ſtricti juris. l. 4. l. 19. C. ht. Sed an in tranſactione locum habeat remedium l. 2. C. de reſc. vend. quæritur? N. 1. per l. 78. §. f. ad SC. Treb. 2. l. 15. C. ht. 3. quia d. remedium tantùm locum habet in contractibus & actibus b. f. Diſſ. 1. Jacobus de Arena. 2. Bartolus, Corneus aliiq;. Jure Saxonico res aliter ſe habet p. 2. Nov. Conſt. Elect. Aug. 34.*

*Lib. 3. Tit. 1. De Poſtulando.*

§. 28. Sexto ad præparatoria Judiciorum pertinet materia Advocatorum, Procuratorum, Neg. Geſtorum. *lib. 3.* De Advocatis agitur *tit. 1. & 2.* ille inſcribitur *de Poſtulando.* Definitio Poſtulationis habetur *in l. 1. ht.* diſquiritur ibid. imprimis, 1. *An* Poſtulatio fieri poſſit coram magiſtratu inferiori? *Aff. arg. l. 12. D. de judic. l. 29. §. 7. ad Leg. Aquil. l. 1. §. 6. ht. 2. An* coràm Mandatario jurisdictionis? *Aff. per l. 1. & tot. tit. D. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict. 3. An* coràm judice pedaneo? *N. per l. 1. §. 2. hic.* Cauſa Efficiens propriè ſunt litigantes. *l. 1. §. 4. ht. l. 2. C. de adv. div. jud.* magiſtratus vero per accidens *l. 9. de offic. proc.* Subjectum, ſunt regulariter omnes qui non prohibentur, *l. 43. de proc.* vel ex Edicto, vel lege vel ſententiâ. Ex Edicto poſtulare prohibentur. (1.) indiſtinctè minores 17. annis *l. 1. §. 3. ht.* ſurdi *d. l.* (2.) pro aliis, mulieres, cæci, inſigni turpitudine notati, *l. 1. §. 6. ht.* (3.) ut pro certis perſonis demum poſtulare permittantur, *de quibus in l. 1. §. ult. eod. quæ ſtrictè intelligenda.* Lege, vel SCto, *l. 1. §. 6. ht.* vel Principum conſtitutionibus, *vid. l. 6. l. pen. §. 1. ht. l. pen. & ult. C. eod. tit. 6. 7. 32. lib. 1. Feudor.* Sententiâ, quibus advocationi, a. foro planè interdictum eſt. *l. 6. pr. & §. 1. de pæn. De officio cæteroquin Advocatorum vid. Joh. Bapt. Magon. Cynoſ. Advoc. c. 6. n. 18. & ſeqq.*

§. 29. Ab

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0042-0

§. 19. Ab Advocatis abeſſe debet infamia, *arg. l.1.* §.6. *tit.præc.* proinde de eadem agitur, *ht.* Definitio ejus, (*excuſsâ prius Homonymiâ quod aliquando etiam pro diffamatione accipitur*) eſt Macula ob turpe aliquod factũ contracta. *Diſs. ex parte Weſenb. ht. n.1.* Eſtq; alia Civilis; alia Canonica, eorum, qui in peccato vivunt mortali. *c. illi. c. 6. q. 1.* illa, eſt vel propriè, vel impropriè dicta; Hæc, quando vel levis ſubeſt macula, puta in iis, qui ſordidum vitæ genus exercent, vel tantum ſubeſſe putatur à vulgo. *vid. Habn. ht. n* 2. Illa, vel eſt juris, vel facti, *diſſ. Donellus lib. 18. c. 6. contra textus manifeſtos in l. 2. D. de obſeq. par. & patron. præſt. l. 20. l. 22. ht.* Juris, quam Lex, ob turpe aliquod factum commiſſum, nocenti irrogat, vel immediatè, vel per ſententiam, a. facto quodam paciſcentis vel tranſigentis interveniente. *Frantz. ht. n.* 6. Facti, quæ non jure inſpecto, ſed ex ipſo facto maculam exiſtimationi obfundit. *l. 13. l. 17. l. 19. ht.* Cauſa Efficiens infamiæ in theſi, eſt Turpe aliquid factum, *Diſſ. Weſ. hîc, n.4.* in hypotheſi infamiæ juris, præterea Lex notans. *l. 20. ht.* Hîc diſquiritur 1. *An* arbiter nocenti infamiam imponere poſſit? *N.* quia judex propriè non eſt. *Aliam rationem addit Weſenb. n. 3. ſed abſurdam.* 2. *An* lata culpa infamet? Reſp. quod ſic, ſi lex ipſa factum culpoſum notet. *l. 11. §. 4. ht. aliàs ſecus eſt. l. 6. §. f. eod.* Subjectum ſunt illi, qui notantur infamiâ, ex edicto, *de quibus clarè l. 1. ht.* lege. *l. 12. C. eod. l. 1. D. de ſepulchro viol. l. 20. C. ht.* & Sententiâ. De eo controvertitur 1. *An* Perjurus fiat infamis *Aff. per l. 41. C. de transact. c. infamis. c. 6. q. 1. c. 6. X. d. jurej.* P. H. O. *a. 107.* 2. *An* frivolè appellans? *Aff.* ſi convitium dixerit. *l. 19. C. de appell.* 3. *An* bonis cedens? N. quoad infamiam juris & facti. *l. 1. l. f. C. qui bon. ced. poſs. N. O. l. 2. C. de palatin. l. 40. C. de Decur.* Forma con-

*Tit. 2. De His qui notantur infamia.*



ſiſtit

ſiſtit in eo, quod exiſtimatio ob turpe factum lædatur, *per ſup. tradita.* Effectus infamiæ juris eſt, quod omnē omninò adimat fidem, & dignitatem omnem. *Weſenb. ht. n. 8.* Facti verò. 1. quod repellat à dignitate. *c. 87. X. d. r. j. in 6.* 2. querelâ inofficioſi. *l. 11. l. 19. C. de inoff. teſt.* 3. quod eam inducat. *l. 27. C. eod.* 4. attenuet teſtimonium *l. 3. de teſtib.* Hic verò diſceptant Dd. 1. *An* infamis facto poſſit eſſe Notarius? *N.* propter Notariatus dignitatem. *Carpz. proc. jud. tit. 2. a. 3. n. 65.* & fidem ſingularem, quæ hîc requiritur. *Treutler. hic th. f. lit. d. & per textum* in Reichs-Abſchied *de an. 1512. tit.* von Notarien. *v.* Ehrlos. 2. *An* Infamia ſit perpetua? *Aff.* niſi irrogetur ex causâ arbitrariâ. *vid. optimè Weſenb. dl.* Levis verò maculæ Effectus *ſunt* 1. quod locum faciat querelæ. *l. 27. C. de inoff. teſt.* 2. excludat à ſacris ordinibus, *per c. venerab. qui filii ſint Legit.* 3. arceat à collegiis opificum. 4. attenuet teſtimonium. *vid. Hahn. ht. n. 8.* De contrariis *vide Weſenb. ht. n. f. & Coronidis loco adde, offerendo pecuniam poſt litis conteſtationem, ante ſententiam, infamiam declinari, l. 73. de procur. niſi jus ſtatim eam ex ipſo facto irroget. l. 1. ht. Diſſ. 1. Bartol. in. l. 22. ht. & 2. indiſtinctè negans Panormitanus in c. cum te X. de re judic.*

*Tit. 3. De Procuratoribus.*

§. 30. De Procuratoribus agitur *tit. 3. & 4.* Titulo tertio de Procuratoribus privatorum. Eſt aut Procurator, qui aliena Negotia mandatu Domini adminiſtrat. *l. 1. ht. explic. vid. apud Frantzk. n. 12. & ſeqq. Eſtq;* 1. vel univerſalis, vel particularis, *l. 1. pr. & §. 1. l. 63. ht. l. 25. §. 1. de minor. Non tamen cum liberâ, quem Doctores comminiſcuntur, l. 58. ht. quæ conferenda cum l. 87. de ſolut. l. 1. §. 1. ht. Diſſ. Bald. in l. 25. §. 1. de minoribus 25. annis. Secus eſt Jure Canonico c. 4. X. de procurat. in 6.* 2. vel Judicialis, vel Extrajudicialis. *l. 33. §. 1. l. 43. pr. ht.* 3. vel in rem propriam, vel alienam. *l. 33. § f. l. 34. l. 55.*

*l.* 55 *D. eod.* an autē procurator in rem propriā reconventus principalem defendere teneatur. *vid. Frantzk. ht. n.* 43. *& ſeqq. Bachov. ad Tr. Tom.* 1. *Diſp.* 9. *th.* 1. *lit. a.* Cauſa Efficiens Procurationis eſt conſenſus contrahentium. *l.* 8. *l.* 42. §. 2. *h. t.* Subjectum eſt aliud poſitivum, aliud Negativum; de hoc tantum videbimus. Eſt autē vel occupans, vel recipiens; illud, qui procuratores dare prohibentur; ſunt 1. Excommunicatus *c. f. X. de procur.* 2. Furioſus, mente captus, Infans, Pupillus. 3. Minor, qui procuratorem habet, niſi procuratore autore. *l.* 11. C. *ht.* 4. *ii*, qui Domini non ſunt, ante litem conteſtatam. *l.* 74. *ht.* 5. Filiusfam. *Limitationes vide in l.* 3. *pr. ht. l.* 9. *de oblig. l.* 18. §. 1. *de judic.* 6. Servus. *l.* 33. *pr. ht.* 7. Captus ab hoſtibus. *l.* 15. *D. ex quibus cauſis maj.* 8. Bannitus. *O. C. p.* 2. *tit.* 9. Hoc, qui dari prohibenrur, vel Canone, vel lege; Canone excommunicati, *per c.* 21. §. *6ta. nobis. de offic. & pot. jud. deleg.* hodiè & banniti Imp. Lege, 1. Miles §. *f. Inſt. de Except. l.* 54. *ht. exceptiones ſunt in l.* 8. §. 2. *eod.* 2. Decurio *l.* 30. *C. Loc. Cond.* ratio eſt *in l.* 34. *C. de Decur.* 3. Clericus. *l.* 17. 14. *C. de Epiſc. & Cleric.* 4. Servus. *l.* 9. *pr. l.* 13. *ſi quis caut.* 5. reus criminis. *l.* 9. *C. ht.* 6. Furioſus. *l.* 2. §. 1. *ht.* & omnes qui conſentire nequeunt. 7. Surdus & mutus, quoad litem. *l.* 43. *pr. ht.* 8. Univerſitas, Civitas, fiſcus. *tot. tit. Ne fiſcus vel Reſp.* 9. Potentior. *l.* 1. *C. ne lic. pot.* 10. Fæmina, *l.* 54. *D. ht. exceptio eſt in l.* 4. *C. ht. l.* 41. *hic.* Quid jure Saxonico obtineat, vide apud Schultzium *proc. jud. p.* 1. *c.* 11. *n.* 34. 11. Redemptores alienarum litium. *vid. Weſ. n.* 11. Hìc verò disquiritur. 1. An Minor 25. annis, poſt 17. completum, poſſit eſſe procurator ad litem Jure Civili? *N. cum Frantzkio Exerc.* 2. *q.* 1. 1. *per l.* 4. *D. de re jud.* 2. quia ſic judicia redderentur eluſoria. exceptio eſt *in l.* 12. *C. h. t. l.* 51. *hîc. l.* 23. *de minor. N. O.* §. *f. Inſt. q. man. non lic. l.* 1. §. 3. *de poſtul. Diſſ. Dd.*

 *paſſim*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0045-6

*paſſim* 2. An infamis Procurator eſſe poſſit? *Aff.* Jure Civili novo, §. *f. Inſt. de Except.* ſecus eſt Canonico, *c.1. & 2. c.3. q. 7.* quod hodie obſervatur, etiam in Cam. Imp. *O. C. p.1. tit.* 18. 3. An tacens pro conſentiente habeatur, ut procurator conſtitui poſſit? *N.* niſi factum aliquod intercedat, quo conſenſus eliciatur. *l. 18. C. mand.* 4. An plures in judicio procuratores conſtitui poſſint? *Diſt. vid. Habn. n. 4.* 5. Quinam, perſonarum conjunctarum nomine, quæ ſine mandato admittuntur, intelligantur? *vid. Carpzov. proc. jud. tit. 5. a. 6.* Objectum ſunt cauſæ regulariter omnes, niſi quædam exceptæ inveniantur, *arg. l. 43. h. t.* Hinc disquiritur 1. An procurator in criminalibus admittatur? Diſt. inter cauſas capitales & non capitales; illic neque ex accuſatoris parte, neque accuſati admittitur, *ſecus tamen eſt quoad accuſatorem, ex Conſt. Carol. Crim. a.* 12. Hic niſi pœna ſit minor relegatione, a pecuniaria, ex parte rei non admittitur. *l. 1. D. an per alium &c.* Admittitur tamen pro reo procurator, 1. *ſi defendatur cauſa abſentiæ. l. pen. §. f. de public. jud. l. 71. ht. item ſi ſit delictum, ex quo abſens condemnari poſſit. l. 33. §. 2. eod.* 2. *ſi quis ſuam ſuorumq; injuriam perſequatur. l. 11. de public. judic.* 3. *Si ex crimine civiliter agatur. vid. Habn. n. 5.* 2. *An* in judiciis famoſis? *Aff.* ſi Civiliter agatur, ſecus eſt ſi criminaliter. *l. f. C. de inj. & juxta modo tradita.* 3. Popularibus? *Aff.* etiam ex parte actoris, poſt litem conteſtatam. *arg. l. 12. de V. S.* 4. *An* in actione ex interdicto de liberis exhibendis? *Aff. arg. l. 26. C. ht. ſecus eſt forſan in Edicto de ducendo l. 3. de liber. ex lib.* 5. *An* in cauſis liberalibus? *Aff.* ſi liber in ſervitutem petatur, *l. 33. §. 1. ht.* Forma eſt vel Eſſentialis, in conſenſu utriusque mandantis & mandatarii poſita, *l. 1. l. 25. D. ht.* vel accidentalis, *de quâ vide in l. 1. l. 2. l. 5. l. 6. l. 33. l. 60. ht. l. 6. l. 18. D. mand.* pertinet

hûc

hûc quoque cautio procuratorum; ubi jure novo diſtingvendum, inter procuratorem actoris & rei, ſive defenſorem; ille regulariter tenetur ſatisdare de rato, niſi ſc. de mandato Legitimo certè conſtet. *pr. & §. 3. Inſt. de ſatisd.* Hic vero judicatum ſolvi, ſi ſine mandato defendat. §. 5. *Inſt. d. t. ſecus eſt ſi Dominus eum expreſſè procuratorem ſuum conſtituat.* §. 4. *eod. & ibi not. An* a. clauſula rati in mandato neceſſaria ſit, quæſtionis eſt? *N. arg. l. 1. bt. N. O. l. 65. eod. §. final. Inſt. de ſatisd. Cæterùm de forma Inſtit. & modo Probandi, vid. Carpzov. proc. jud. tit. 7. a. 1. per tot.* Effectus eſt 1. quod procurator etiam invitus teneatur abſolvere negotium, & exequi autoritate Prætoris. *l. 8. § f. l. 35. § ult. D. bt. niſi videlicet ſubſit juſtiſſima excuſandi ratio. d. l. 8. §. f.* 2. fiat Dominus Negotii *l.* 11. *c. bt.* Ubi quæritur 1. An hoc poſterius, etiam in procuratore extrajudiciali procedat? *Aff. l. 38. §. 20. de V. O.* 2. An ſententia in procuratorem ferenda? *Aff.* jure Civili *l. 4. de re judic.* ſecus eſt jure Canonico, quod hodiè ſequimur. *Geil. 1. Obſ. 211. n. 10.* 3. Effectus eſt Actio Procuratoria, directa, & contraria, *l. 42. §. 2. bt. Si vero Dominus ex geſtu procuratoris adverſus tertium experiri velit, opus eſt ceſſione, vid. D. Habn. n. 9.* Contraria ſunt 1. Diſſenſus, etiam ex parte procuratoris, ſi res adhuc ſit integra, §. *9. & 11. Inſt. mand.* ubi quæſtiones præterea, 1. *An* procurator neceſſariò teneatur appellare? *Aff.* de dato ad totam cauſam *l. 17. C. bt.* 2. An teneatur proſequi appellationem? *N. d. l.* 17. niſi ex tenore mandati aliud conſtet. *Geil. 2. Obſ. 134.* 2. Mors alterutrius §. *10. Inſt. Mand. ubi ratio & limit. in not. Dd.* 3. Exceptiones procuratoriæ, quæ vel à cauſa efficiente, vel ſubjecto, vel objecto, vel Formâ deſumuntur, *ut rectè Weſenb. bt. n. f.* De illis quæritur 1. quando ſint opponendæ? R. quod ante litem conteſtatam, niſi Judicium

nis. *3.* qui dati ſunt à Principe. *l. f. C. ubi & apud quem cogn. in integ. reſt. non item magiſtratus municipalis. l. 26. ad munic. Arbiter, a. judex pedaneus. d. l. f.* Subjectum ſunt certæ perſonæ, quibus hoc remedium ob juſtas cauſas conceditur à Prætore. *Frantzk. bt. n. 9. Sunt cauſæ iſtæ vel communes, Metus, Dolus malus, Alienatio judicii mutandi causâ, Error a. Juſtum impedimentum, & Capitis diminutio; vel propria minorum, Ætas ſc. ut in ſeqq. vid.* Materia ſunt res majoris momenti, non levidenſes & frivolæ. *l. 4. l. pen. bt.* Forma conſiſtit in eo, 1. ut reſtitutio petatur intra tempus Legitimũ; ubi diſtinguendum inter jus vetus & Novum: illo tempus petendæ reſtitutionis erat annus utilis, exceptâ actione ex edicto de capite minutis, quæ perpetua erat. *l. 2. §. f. de cap. minut.* Hoc 1. Conſtantinus in reſtitutione ex causâ doli, ſubſtituit biennium. *l. ult. C. de dolo malo.* in reſtitutione minorum, intra 100. ab urbe lapidem, quinquennium, in Italiâ reliqua quadriennium, in provinciis triennium. *l. 2. C. Theodoſ. bt. 2.* Juſtinianus in locum anni utilis ſubjecit quadriennium continuum. *l. ult. C. de temp. in int. reſt. vid. Frantzk. bt. n. 28. & ſeqq. ubi & de foro competente in int. reſtit.* 2. ut petatur, vel implorato officio judicis, vel actione intentatâ. *Jaſon. in l. 1. n. 8. de juriſd.* 3. partibus præſentibus. *l. 3. l. ult. bt.* 4. Cauſa plenè cognita ſit & probetur. *dd. ll. Quod ſi verò incidenter petatur reſtitutio, ſummaria læſionis cognitio ſufficit. Mynſ. obſ. 48. & 49. quod idem eſt, ſi ex rei ipſius natura læſio appareat. Hartm. Piſtor. 1. q. 37. n. 59.* Effectum & contraria ex terminis conſtare puto, unde tantum inquirendum, 1. *An* reſtitutio in integr. impediatur per concurſum remedii ordinarii? *Aff. per l. 2. l. 13. de minor.* niſi remedium extraordinarium tutius ſit & expeditius ordinario. *arg. l. 2. C. de reſc. vend. vid. Sfort.*

Old,

*Odd. tr. de in intgr. reſt. p. 1. q. 17. a. 5. & 14.* 2. *An* in Integr. reſtitutione duplex ſit judicium, reſcindens & reſciſſorium? *N. per* §. 3. *Inſt. de Act. l. ult. D. ex quibus cauſis maj. N. O. l. 46. de procur. l. 35. de oblig. & Act. & text. ſimil. Diſſ. Hahn. ad tit. quod metus causâ n. 5.* 3. *An* beneficium in integrum reſtitutionis, ſit reale, an verò perſonale? Verior videtur ſententia, mixtū eſſe, ita, ut in eo realitas præponderet. *vid. ad tit. de conſt. Princ. Diſs.* 1. *Maur. tr. de integr. reſt. c. 13. 2. Vinnius Sel. jur. Quæſt. lib. 1. c 11.*

§. 35. Subjiciuntur jam in ſpecie, Cauſæ in Integrum reſtitutionis, Sunt 1. Metus *h. t. ſed Qui fiat quod actus metu Geſtus ſubſiſtat, vide apud Thom. de Aquino 1. 2. q. 6. a. 6.* Ita a. Edicit Prętor, quod metus causa geſtum erit, ratum non habebo. *l. 1. bt.* Dicitur 1. Metus, *olim verba illa vis & metus conjungebantur d l. 1. rationem vide apud Hahn. bt. n. 3.* Dicitur 2. Metus causâ, Conſiderari verò poteſt metus dupliciter, abſolutè & relatè; illîc requiritur majoris mali, & qui in conſtantisſimum cadere poteſt, *l. 5. l. 6. bt.* Hîc, ut in inferente ſit 1. voluntas inferendi *loc. cit.* 2. Poteſtas *l. 7. D. hîc.* ubi quæritur 1. *An* ob metum infamiæ detur in integr. reſtitutio? *N. per l. 7. h. t. N. O. l. 8.* §. 3. *eod.* 2. *An* ob metum reverentialem, quà talem? *N. l. 6. C. bt. l. 22. de ritu nupt.* 3. *An* promittens in carcere reſtitui posſit? *Diſt. vid. Hahn. hîc n. 3.* 4. *An* ob metum fortunarum reſtitutio habet locum? *Aff. arg. l. propter litem de excuſ. tutor. c. 1. X. de reſt. ſpol. in 6. N. O. c. 2. X. bt.* Dicitur 1. Geſtum erit, ſicq; cum indifferenter loquatur Prætor, actio quod metus causâ, eo ſenſu in rem ſcripta dicitur *l. 9.* §. *f. l. 14.* §. *5. bt. contra Bachovium, aliosq;.* Dicitur 4. ratum non habebo. Reſcindit itaq; Prætor actum metu geſtum, non duplici judicio, *ut ſentit Hahn n. 5.* ſed dando vel actionem veterem, aut novam ex Edicto, vel exceptio-

*Tit. 7. Quod metus causâ geſtum erit.*

 nem

nem *Weſenb. n. 5.* Actio ex Edicto hoc finiri poteſt, Actio arbitraria (*ubi quæritur an Juſſum judicis in hoc judicio, ſit ſententia interlocutoria? Quod in theſi affirmo, arg. §. 31. Inſt. de Act. l. 14. §. 1. ht.*) in qua niſi reſtitutio fiat, condemnatur reus intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum. *Treutler. hic. th. 5.*

*Tit. 3. De Dolo malo.* §. 36. 2. *Dolus ht.* In anteceſſum verò tenendum, Dolum malum contractus b. f. ſi iis causā dederit, nullos reddere ab initio, *l. 7. pr. ht. l. 16. de minor.* ſtricti v. juris non item, *l. 36. de V. O. l. 6. C. de inut. ſtipul. in quo ſequimur DD. Citramontanos, contra 1. Ultramontanos. 2. Bachovium ad Treutlerum Tom. 1. diſp. 28. th. 2. lit. f.* Cæterum Prætor ita edicit; Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de iis rebus alia actio non erit, & juſta cauſſa eſſe videbitur, judicium dabo. *l. 1. §. 1. ht.* Dicitur 1. *Dolus.* intelligitur malus, per quem injuria callidè & malitiosè infertur, *definitur rectius à Servio l. 1. §. 2. ht. quam à Labeone ibid. cujus definitio etiam dolum bonum complectitur, vid. Franzk. ht. n. 6. Dividitur 1. in dantem cauſam contractui, & incidentem. 2. Verum & præſumptum, quæ tamen diviſio hic locum habere nequit. vid. Treutler. hic. th. 6. lit. g. ibidemq; Bachov.* 2. Dicitur factum erit, quo primum requiſitum actionis doli innuitur *l. 1. §. 1. ht.* Dicitur 3. Si de his alia actio non erit, quo prodit ſecundum. Dicitur 4. juſta cauſa ſubſit, Tertium itaque requiſitum eſt, ut juſta cauſa ſubſit, ubi 3. conſideranda, 1. doli qualitas *l. 7. §. ult. ht.* 2. quantitas rei, *l. 9. §. ult. l. 10. D. eod.* 3. Perſona. *l. 11. ht.* Dicitur 5. judicium dabo ſc. non modo exceptionem, *l. f. ht.* ſed & actionem. Eſt actio illa, in Perſonam, rei perſecutoria, arbitraria, competens ei, à quo dolo alterius malo aliquid fuit expreſſum, ad id quod intereſt *l. 18. ht.*

*Tit. 4. De Minoribus 25. annis.* §. 37. 3. Ætas Minorennis *ht.* De eâ tale propoſuit Edictum

ctum Prætor Quod cum minore 25. annis geſtum eſſe dicetur, uti quæque res erit animadvertam. *l.* 1 *§.* 1. *ht.* Dicitur 1. cum minore 25. annis; Datur a. hoc remedium 1. Minoribus verè talibus, verè deceptis, *unde non datur*, 1. *non minoribus, majoribus ſc. & pupillis l. 4. ht. l. 3. §.* 1. *eod.* 2. *non verè deceptis, l. 24. §. 1. ut ſi alieno nomine geſſerint negotium, l. 23. ſi ſervi fuerint, l. 3. §. fin. excepto caſu l. 5. ht. ſi læſio caſu fortuito acciderit, l.* 11. *§. 4.* 3. *Minoribus qui ſpecialiter reſtitui prohibentur. arg. l. 9. §. 4.* Ubi vero diſceptant Noſtrates 1. *An* Juramentum impediat reſtitutionem? *Aff. per text. in l. 1. C. ſi adv. vend. & Auth. ibid.* 2. *An* Obligatio ſub dignitatis ſplendore? *N. vid. Carpzov. J. F. p. 2. c. 36. def. 9.* 3. Quænam ſit ratio, quod minor ultimâ etiam diei ultimi horâ reſtitui poſſit? R. quod Reſtitutio in integrum ſit Juris Nat. & Prætorii, in iis vero dies Naturalis requiritur, non civilis tantum. *vid. Hahn. n. 3.* 2. Ex perſonis minorum, procuratoribus ſpeciale mandatum habentibus, aut generale. caventibus de rato, *l. 26. ht.* Patri ſi ratione peculii conveniatur, *l. 27. hîc.* Heredi *l. 3. §. 9. Sed an fidejuſſoribus quoq; competit? N. per l. 13. ht. l. 3. §. 4. eod. N. O. l. 89. de acq. vel om. hered. l. 51. de proc. l. 43. D. de ſolut.* Dicitur 2. Geſtum erit, qualiter qualiter, ſive contractus ſit, ſive quid aliud, unde damnum minor fecit, *l. 7. ht.* Sed num ad verſus delictum reſtituatur quæſtionis eſt? *Diſt.* inter Delictum doloſum & culpoſum, *l. 9. §. 2. l. 37. ht. l. 2. C. ſi adverſ. delict.* item, num adverſus præſcriptionẽ? R. quod adverſus Legales 30. ann. & conventionales, *nam temporales ne quidem currunt. l. ult. C. in quibus cauſis in int. reſt.* Dicitur 3. uti quæq; res erit, quæ verba cauſæ cognitionem innuunt *l. 1. §. 1. l. 11. §. 3. ht.* in eâ verſatur potiſſimũ, 1. Ætas Minoris. 2. Læſio. *l. 11. §. 3. ht. quæ vel omittendo, vel amittendo, vel oneri ſeſe obligando contingit*, 3. utrum ætatis lubrico verè contigerit, *d. l.* 11. *§. 3.* 4. An impedi-

mentum ſubſit, *ſic vc. contra libertatem reſtitutio nõn datur, d. l. 9.* §. 4. *ht. matrimonium, c. 1. c. 29. q.* 1. *5.* Utrum illi ſoli (minori) an v. & aliis ſuccurri debeat, *l. 13. ht.*

*Tit. 5. De Capite minutis.*

§. 38. 4. Capitis Diminutio, *ht.* Eſt ea alias triplex *l. ult. hîc.* De minima vero hoc Edictum ſaltem intelligendum. *An* a. ad arrogatos pertineat quæritur? *Aff. l. 2. §. 1. l. 3. ht. Diſſ. Hahn. hîc.* item *An* emancipati hodiè adhuc capitis diminutionem patiantur? *N. arg. l. ult. C. de emancip. vid. Franzk. Exerc. 3. q. 3. per tot.*

*Tit. 6. Ex quib9 cauſis majores &c.*

§. 39. 3. Juſta Abſentia, a. ſimile impedimentum, *ht. 6.* Unde Edictum Prætorium conſtat tribus partibus, Prima continet causã juſtæ abſentiæ, rationem ejus vide *in l. 1. pr. h. t.* Eſt verò abſentia aliâs vel Ordinaria, vel Extraordinaria, Hæc vel Neceſſaria, vel Voluntaria, Utraque vel laudabilis, vel vituperabilis, vel indifferens; pro ſpecierum itaque harum diverſitate, diverſimodè quoque dicendum. *vid. Sfort. Oddus p. 1. de reſt. in integr. q. 5. a. 7.* Alterâ Prætor præſentes contra abſentes niſi defenſi fuerint, reſtituit, *l. 1. v. 1. h. t.* Competit autẽ hoc beneficium intra quadriennium, *l. f. C. de tempor. in int. reſt. ſecus eſt* 1. *Jure Canonico, ex juſta & rationabili cauſâ, c. 1. X. de reſt. in int. in 6.* 2. *in Actione reſciſſoriâ, quæ intra annum tantum & quidem utilem competit. l.* 1. §. 1. *h. t.* Tertia Edicti pars continet clauſulam generalem, ſi quâ mihi juſta cauſa videbitur. *l.* 1. §. 1. *in f.* An verò ex capite ignorantiæ detur actio reſciſſoria contra præſcriptionẽ, controvertitur? *N.* quoad præſcriptionem longiſſimi temporis, non item 10. vel 20. annorum, *per textum expreſſum in Nov. 119. c. 7. adde l. f. C. de præſc. Longi temp. l. 3. C. de præſc. 30. vel 40. ann.*

*Tit. 7. De alienatione judicii mutandi cauſâ.*

§. 40. 6. Alienatio judicii mutandi cauſâ, h. t. Ubi nota *1.* requiſita hujus reſtitutionis, quæ ſunt, *1. ut fiat alienatio Dominii, aut poſſeſſionis, l. 4. § 1. h. t.* 2. *Ut fiat inter vivos. l. 8. §. 3. h. t.* 3. *Ut fiat dolo malo. l. 1. l. 4. cod. Pertinet vero*

hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0052-5

*hoc Edictum quoque ex paritate rationis ad actorem. l. pen. & ult. h. t.* 2. Actionem ex hoc Edicto, cum utili rei vindicatione electivè concurrere, *l. 27. §. 3. de R. V.* 3. Hanc actionem in heredes non tranſire, quia eſt ex delicto, quamvis ſit rei perſecutoria, *l. 4. in f. 5. 6. h. t. N. O. §. 1. Inſt. de perpet. & temp. act. l. 1. D. de priv. del. §. 9. Inſt. ad L. Aquil.*

§. 41. Coronidis loco ſubjicitur materia de Arbitris, *h. t. pen.* Vocabulum illud quamvis variè accipiatur, hîc tamen strictè ſunt à privatis electi, ut lites quaſi judicialiter determinent, *l. 14, pr. C. de judic. Ut ita ratione objecti differant ab arbitratoribus. Diſſ. Carpz. proc. tit. 2. a. 3. n. 59.* De his ita edicit Prætor, Qui arbitrium pecuniâ compromiſsâ receperit, ſententiam eum dicere cogam, & niſi arbitrio pareatur, quâ de re compromiſſum erit, pecuniam compromiſſam ſolvi jubebo, *l. 3. §. 2. ht.* Dicitur 1. qui arbitrium Pecuniâ compromiſſa receperit; ubi duplex notandum ſubjectum, Activum, & Paſſivum: illud ſunt omnes, quos inter lis intercedit; Hoc vero in quos compromitti poteſt, *vid.* καθ' ἄρσιν *l. 7. §. 1. l. 9. pr. l. 41. ht. l. ult. C. eod. c. 4. X. eode l. 9. §. 2. l. 13. §. f. ht.* Dicitur 2. ſententiam eum dicere cogam, *l. 15. ht.* olim a. Prætor ſe interponebat demum, ſi compromiſſum factum eſſet per ſtipulationem pænalem, *l. 11. §. 2. ht. l. 13. eod. excipiebantur duo caſus l. 4. §. 2. & 3. C. ht.* ubi tamen ut prætor ſe interponeret, requirebatur, compromiſſum non fuiſſe nullum, quod accidit vel ratione ſubjecti, modo allegatis textibus, vel objecti, a. cauſar um, *l. 32. § 6. §. 7. l. 3. pr. ht. c. 1. X. ht. c. pen. X. de in int. reſt.* Dicitur 3. niſi arbitrio pareatur, ie. ſententiæ, ſive æquæ ſive iniquæ, *l. 27. §. 2. ht.* hactenus enim appellationi locus non eſt, *d. l.* niſi quod (1.) Reductio ad arbitrium boni viri ejus loco ſit, *l. 18. D. judic. ſolvi.* Ubi quæritur 1. Quisnam pro reductione arbitrii adeundus judex? R. quod rei conventi. *Dd. in l. 76. §. 1.*

*Tit. 2. De Receptis qui arbitriam reperant.*

*pro*

QK II A 262

*pro ſocio. Geil. 1. Obſ. 150. n. 1. 2. An* à judice reductionis appellari poſſit? *Aff. arg. l. 20. C. de App. Bald. in l. un. C. ne liceat in unâ eademq; cauſa &c. 3.* quamdiu reductio à laudo arbitri peti poſſit? R. quod usque ad 30. annos, *arg. l. f. C. de præſc. 30. vel 40. annor. Geil. d. l. Obſ. 151. n. 2. contra Dd. paſſim N. O. l. 32. §. 14. ht. l. pen. C. eod. (2.)* quod opponi poſſit exceptio doli mali, *d. l. 32. §. 14. ht.* Ubi non ineptè controvertitur, 1. An opponi poſſit ob enormiſſimam læſionem, ſi quis juraverit, ſe velle ſtare arbitrio? *Aff. arg. l. 3. de oper. lib. l. 76. §. 1. pro ſocio. c. Clericus X. de jurejur. 2.* An remedium *l. 2. C. de reſc. vend.* hîc locum habeat? *N. vid. ſupra ad tit. de tranſact. in fin. 3. An* pacto fieri poſſit, ut à laudo arbitri appelletur? *Aff. quod impropriè demum arg. l. 32. §. 14. ht.* Dicitur 4. Pœnam compromiſſam ſolvi jubebo. Cogitur a. quis ut laudo pareat, vel obliquè, vel directè; Illìc quatenus vel ſtipulatio pænalis protinus committitur, vel ſi ſimplex acceſſerit compromiſſo ſtipulatio, actio ad id quod intereſt competit. *l. 27. §. f. ht.* Hîc duobus caſibus, actione in factum, & exceptione pacti ex *conſtit. Juſt. l. 5. C. ht.* conceſſis. *D. D. Struve n. 103.*

*Tit. ult. Nautæ Caupones &c.* §. 42. Propter convenientiam in aliquo tertio (*vocabuli*) titulo præcedenti jungitur ultimus hujus libri, ſi *Nautæ, Caupones, ſtabularii receperint quid, idque furto ſurripatur, aut aliquid damni in eo detur,* Tùm enim competit Actio adverſus exercitorem navis in duplum, *l. ult. §. 1. ht.* Requiritur tamen *1.* ut non ipſe exercitor, ſed aliꝰ quis damnum dederit, quocunque modo id datum fuerit. § *ult. Inſt. de obl. quæ quaſi ex contr.* 2. ut exercitor ſimpliciter tantum, ſine ſpeciali cuſtodiæ promiſſione receperit res. *l. 1. §. ult. hic l. 3. pr. eod.* 3. ut furtum, factum ſive damnum datum fuerit ab aliquo vectorum. *d. l. 1. §. f. & §. ult. d. tit.* 4. ut id acciderit in Navi ipsâ, a. Cauponâ, a. ſtabulo, *l. ult. pr. eod.*

*FINIS.*

NC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0054-6

...USTISSIMO,

...ERENISSIMI, CEL-
...PIS AC DOMINI,

# ...GUSTI,

...piſcopatus Mag-
...imatis Germaniæ, Ducis Sa-
xo... m, Landgravii Thuringiæ,
... ac Inferioris Luſatiæ, Co-
... nsburg, Dynaſtæ
... n, &c.

...ementiſsimi,

... NC INAUGURALEM

... ſacram offero,
... o,

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

AUTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6819-p0055-2
DFG